Dubitatur tertio vtruz gradus forme sint realiter distincti. Respondet ab aliquibus q̄ uō: sed omnes cadūt in vnaz realitatem actualem. quia ex distinctis in actu nō potest fieri vnū: nisi alterū sit in potentia ad aliud. ergo si illi gradus essent actu realiter distincti: non possent actu constituere vnam realitatem actualem. Aliter respondetur per sex dicta. Primum est sic partes in linea constituunt vnam lineam totalem et quantam quātitate extensiua: sicut et plures gradus forme constituunt vnam formam totalem et quantā quantitate intensiua. Secundum dictum sicut partes in linea quam constituunt habent in diuisionem et vnitatem: ita gradus forme habent in forma quam constituunt vnitatem et indiuisionem. Tertium dictum. sicut partes vt sunt vnite in linea sunt linee: non totales et simpliciter: sed partiales et fm quid: ita gradus vt sunt vniti in forma sunt forme nō totales et simpliciter: sed partiales et fm qd. Quartum dictuz. sicut partes vt sunt vnite in linea sunt in actu existendi tantum: licet vt actu sunt diuise sint in actu subsistēdi: ita gradus vt sunt vniti in forma habent esse in actu existendi: licet vt sunt actu diuisi habeant esse in actu subsistendi. Quintum dictum sicut partes linee siue vt actu diuise siue vt actu coniuncte distinguuntur realiter: sic et gradus forme siue sint actu diuisi a se inuicem: siue actu vniti ad se inuicem realiter distinguuntur. q̄ distinguuntur realiter quando sunt actu diuisi satis est manifestum. quia q̄cunq; separati existere possunt illa distinguuntur realiter. sz partes linee actu diuise: et etiam gradus fore actu diuisi a se inuicem: existunt separatim. ḡ distinguuntur realiter. Sed q̄ distinguuntur realiter quādo sunt actu vniti in forma probatur. pro cuius probatiōe premittunt due suppositiones. Prima. respectus realis actualis presupponit extrema realia in actu. Secunda suppositio: Respectus realis qui requirit distinctionem extremorum non potest esse realiter i actu nisi extrema sint realiter actu distincta. Tunc formatur sic ratio. Unio partiuz linee in tota linea vel etiam vnio graduū forme in forma est respectus: qui nō potest esse nisi inter extrema distincta. quia idez vniri sibi ipsi includit contradictionez. sed tota linea vl̄ etiam tota forma existente in actu: vnio suaz partium vel graduum ē realiter in actu: ergo ille partes erunt distincte realiter et actualiter et consimiliter illi gradus erunt ad inuicē distincti realiter ꝛactualiter. Sextū dictū. sicut partes linee ante diuisionem non dicuntur multe linee simpliciter: sed mlte linee fm qd et partiales ad inuicē. tamē distictis abinuicē realiē et actualiter existentes: ꝛ post diuisionē partiū

actu factam dicuntur multe linee simpliciter: et plures et subsistentes. ita gradus vt sunt vniti in forma: non dicuntur plures forme simpliciter: sed plures forme ſm quid et partiales: ab inuicem tamen realiter distincte: et actualiter existentes: et post diuisionē forme in partes graduales illi gradus plures dicunt plures forme simpliciter: et multe ⁊ subsistentes.

Ad rationes ante oppositu3

Ad maiorē p̄me respondetur per distinctōnē quia contrarium potest capi dupliciter. Uno modo communiter scilicet pro priuatione: vl' ꝑ q̄cunq3 icōpossibili. et sic conceditur maior Alio° proprie: et sic negatur. quia ad quantitatem et vbi est proprie motus. que tamen nō habent contrarium: proprie capiendo contrarium. Et ad minorem conceditur ꝙ forma sb̄stantialis potest esse terminus motus. Contra forma substantialis est terminus generationis ergo si ipsa sit terminus mot⁹: sequitur ꝙ generatio erit motus: qd̄ est contra arestotilem quinto phisicorum: Respondetur negādo consequentiam: quia licet forma substantialis sit terminus generationis: tamez grad⁹ sequens illam formam q̄ intenditur nō introducitur per generationem: sed per modu3 intensionis: Ad secundam patuit solutio in p̄dubio. Ad tertiam dicitur ꝙ alicui⁹ potest eē mutatio du^r. Uno modo formaliter et terminatiue. et sic generatio dicitur esse mutatio substantie. Alio modo subiectiue et materialiter: et sic alteratio et quicunq3 alius motus vel mutatio potest esse ipsius substantie tanquā subiecti.)

Queritur septimo vtrum

q̄ntitas sit gen⁹ generalissimum ab alijs distīctum. Et arguitur ꝙ non. quia nullum gen⁹ predicatur denomiatiue de suis spetieb⁹. sed quātitas p̄dicat̄ de suis spetieb⁹ dentie. hec eī conceditur vera: speties est quanta: ergo quātititas non est gen⁹. z° ᶜ Omē gen⁹ h3 vnā rationem primam equaliter participatam ab omnibus illius generis. sed quantitas nō h3 vnā rationem talem. ergo. mior patet. q: talis ratio vel esset ratio mensure: vel ratio diuisibilitatis. Non primū q: ratio mensure prius conuenit quantitati discrete q̄ꝫ continue. Nā vlne non conuenit mensurare nisi ſm ꝙ in se ipsā replicatur. ergo. Nec secundum. quia rō diuisibilitatis prius conuenit continuo q̄ꝫ discreto. Numerus enim causatur ex diuisione continui tertio phisicorum. ergo cum quantitas non habeat vnam rationem equaliter participabilem: sequitur ꝙ non erit genus. In oppositum arguitur per arestotilem ponentem quantitatem esse vnum de decē predicamētis

Sciendum primo ꝙ pro intellectu questionis mote ponitur vna difficultas.

Utrum scilicet ratio mensure sit propria ratio quantitatis. Ad quam respondēt aliqui affirmatiue. Cuius rationem assignant. quia in isto libro arestotiles probat orationem esse quantitatem: per hoc ꝙ cōuenit sibi ratio mēsure. ergo ratio mensure est propria ratio q̄ntitatis. Secundo sic: arestotiles distinguit speties quantitatis per rationem mensure sic sup̄ficies et locus ponuntur esse speties distincte quia licet non distinguantur in ratioue diuisibilitatis: distinguuntur tamen in ratione mēsure: ex quo concludit ipsas esse speties distinctas. Sed contra hoc obicitur. quia ratio generis eq̄ primo in ē suis spetibus sed ratio mensure prius conuenit quantitati discrete q̄ꝫ continue vt patuit per secundum argumentū ante oppositum ergo. Ideo ad rationes hoc proban⁹ potest faciliter responderi: dicendo ꝙ arestotiles probat orationem esse quantitatem per rationem mensure: et similiter distinguit speties quantitatis etiam per rationem mensure: non quidem tanq̄ꝫ per rationem essentialem et primam: sed tanq̄ꝫ per vnam eius propriam passionem. ita ꝙ mēsurare nō est propria ratio quantitatis: sed ē passio consequens propriam rationem eius.

Sciendū secundo. ꝙ in hoc:

tertio capitulo determinat arestotiles de quātitate. Et continet duas partes principales. In quarum prima determinat de quantitate q̄ntum ad eius essentiam. Et ista pars continet duas particulas. In quarum prima determinat de quantitatib⁹ per se. et cōtin3 dno puncta. In quorum primo determinat de quantitatibus discretis. et interdit quatuor conclusiones. In quarum prima ponit duas diuisiones quantitatis. quaru3 prima ē hec. Quantitatis aliud continuum aliud discretum. Et n̄ est vis si non dicatur alia. quia adiectiuum sb̄stantiuatū in neutro genere potest vere dici de masculino feminino et neutro. vt vir ē aliquid mulier est aliquid: et vir ē aliud a muliere: et mulier est aliud a viro. vel posset sic exponi quantitatis. i. predicamenti quantitatis aliud genus sc3 subalternum est continuum

et aliud discretum. Secunda diuisio quantitatis quedam constat ex partibus habentibus positionem ad inuicem. Alie vero constant ex non habentibus positionem. Secunda conclusio tangit declarationem generalem et exemplarem prime diuisionis. dicens q̃ quantitas discreta est vt numerus et oratio. Sed quantitas continua est vt linea superficies corpus: Amplius autem preter hec tempus et locus: Et iste due vltime species scilicet tempus et locus enumerantur cum quadam interruptione ad denotandum forsan q̃ habent alium modum mensurandi quam tres priores. eo q̃ mensurant extrinsece: tres vero prime mensurant intrinsece. Et hoc fit ad denotandum q̃ sunt quantitates per accidens. vt videtur inuere arestotiles in quinto methaphisice: vbi dicit q̃ tempus et motus sunt quantitates per accidens.

Sciendũ tertio q̃ circa hũc:

tertium mouetur vna difficultas: videlicet q̃ sit propria ratio quantitatis per quam essentialiter distinguuntur eius species. Ad q̃ respondet per duas propositiones: Prima propositio ē diuisibilitas in partes eiusdem rationis non est ratio essentialis quantitatis. patet quia nullus respectus formaliter est propria ratio alicuius absoluti. sed diuisibilitas est respectus formaliter: quia dicit quandam habitudinem ad diuisionem. ergo ratio diuisibilitatis non est propria ratio essentialis quantitatis: Secũdo sic potentia et actus diuidunt omne ens. ꝗ actus diuidendi non in est essentialiter quantitati: quia tunc quantitas esset semper actu diuisa. ergo nec potentia ad diuidi est essentialis quantitati. Ex quo sequitur q̃ talis propositio quantitas est diuisibilis in partes eiusdē rationis: et similiter ista. quantitas est mensuratiua substātie: nō sunt p̃ se in primo modo sed in secundo modo. quia ibi predicat passio de suo subiecto. Secunda propositio habere partes eiusdem rationis est propria ratio quantitatis. quia diuisibilitas in partes eiusdem rationis est propria passio quantitatis consequens per se rationem eius. quia consequitur hoc q̃ ó est habere partes eiusdem rationis: ergo illud est propria ratio quantitatis Quam tamen arestotiles circumloquitur per diuisibilitatem tangẽs per propriam passionem eius. Unde ex diuersis passionibus eliciuntur a philosopho quatuor passiones quantitatis: sic se habens per ordinem. q̃ prima passio ē diuisibilitas in partes eiusdem rationis. Secunda est esse finitum et infinitum. Tertia est equale vel inequale. et quarta est ratio mensure. Nam omnis mensura per se intelligitur esse equalis vel inequalis mensurato. q̃ enim mensuratum est equale vel inequale: ideo ꝛ mensura.

Conclusio responsalis. quantitas est genus generalissimum ab alijs distinctum.

quia habet vnum modum essendi siue vnam rationem essentialem distinctā a ratione cuiuslibet alterius predicamenti: participabiles essentialiter ab omnibus illius predicamēti vt est diuisibilitas in plura vlterius formaliter diuisibilia: vt patuit in tertio notabili: nec hꝫ aliquod genus supra se quod contrahit. ergo est genus generalissimum.

Dubitatur primo. vtrũ numerus et oratio sint species quantitatis discrete.

Pro quo supponendum est q̃ arestotiles in hac parte probat istam conclusionem q̃ est tertia: scilicet q̃ numerus sit quantitas discreta. quia illud ē quantitas discreta cuius partes ad nullum terminum cōmunem copulantur sed partes numeri sunt huiusmodi. ergo. minor patet primo in partibus aliquottis. q̃ quilibet zequiqz sunt ptes aliqtte denarij: et nō coniunguntur ad aliquem terminum communem: ꝗ semper vna pars manet discreta et separata ab alia ergo ꝛc. Secundo probatur idem in partibus non aliquottis. quia tria et septē sunt partes non aliquote denarij: et tamen ad nullum terminum coniunguntur: sed semper vna pars est discreta et separata ab alia: Quarta conclusio est hec. Oratio est quantitas discreta. quia sibi competit mensurare. nam per orationem mensuratur sillaba breuis ꝛ longa Et hoc intelligitur de oratione vocali et non de mentali. quia de oratione vocali dicimus q̃ sillabarum alie sunt longe et debēt proferri tempore longiori. alie autem breues. Sed q̃ sit discreta patet. quia ad nullum terminum communem particule eius copulantur. non enim est aliquis terminus communis ad quē sillabe vocis copulentur: sed vna queqz sillaba est diuisa ab alia.

Dubitatur secundo. vtrũ in oratione sint alique partes aliquotte et non aliquotte.

Responsio patebit ex solutione duarum paruarum difficultatum. Prima difficultas

cultas est. Quid sit pars aliquotta et quid nō aliquotta. Respondetur ꝙ pars aliquotta est que aliquotiens sumpta reddit totum adequate. vt quinqz est pars aliquotta denarij. Nā si quinqz bis accipiantur: reddit numerū denarii adeqte. Sed pars nō aliquotta est q̄ quantūcunqz resumpta nunq̄z potest reddere suum totum adequate: sed plus vel minus vt tria z septem sunt partes non aliquotte denarij. Nam tria non possunt aliquotiens accipi: vt reddant denarium adequate: sed semp plus vel minus. z similiter septem. Secunda difficultas. vtrum oratio sit quantitas: cum non enumeretur ab arestotile in quinto methaphisice inter species quātitatis. Dicitur ꝙ sic: eo ꝙ sibi competit ratio mensure. Et diffinitur sic oratio est quedam forma numeri: adherens discretis partibus vocis: in prolatiōe continua sibiinuicē sbsequentibus. Aliter respondetur ad difficultatez negatiue. qz (sicut dicit cōmētator quinto methaphisice) arestotiles in predicamentis multa locutus est non fm veritatem: sed fm ꝙ consuetum erat loqui cōmuniter. z maxime quantum ad illa quorū spetialis determinatio veritatis spectabat ad alias partes spetiales philosophie: scilz naturalis vel methaphisice. z qz tempore suo consuetum erat dicere ꝙ oratio est quantitas: iō hic posuit orationem tanq̄z spetiem quantitatis. cum tamen hoc non videatur esse verum: ideo nec ipse in quinto methaphisice enumerat orationem inter species quantitatis.

Dubitatur tertio. vtrum numerus sit species quātitatis.

Et videtur ꝙ nō. qz omnis species est vna. sed partes numeri semper sunt separate abinuicem. Nec videt qualiter possint facere vnum. ergo numerus non est species quantitatis. Ad dubiū respondetur ꝙ numerus est species quantitatis discrete. Et dicitur vltra ꝙ numerus est vnus formaliter ab vltima vnitate: nō absolute sumpta: sed ad priores vnitates cōparata: tanq̄z scz terminus aggregationis ordinate. Sed contra hoc obicitur. qz nullus respectus formaliter est forma essentialis alicuius absoluti: nec facit aliquid esse formam substātialem alicuius absoluti. sed compatio vltime vnitatis ad priores est formaliter respectus. ergo non est forma essentialis numeri: nec facit illam vnitatem esse formam essentialem ei⁹: Ideo aliter respondetur ad dubium. ꝙ numerus est vna species quantitatis: z est vnus formaliter a sua forma specifica: que est propria discretio: existens in quinqz vnitatibus vel tribus. si fit numerus quinarius vel ternarius: tanq̄z in vna materia: ita ꝙ quinqz vnitates sint materia quinarij: z propria discretio existens in illis quinqz vnitatibus est forma specifica ipsi⁹ quinarij. Nez tamen huiusmodi forma non ē nobis noiata. Potest tñ dici ꝙ rō per quā cōuenit quinario diuisibilitas ē propria forma quinarij. Et si arguatur: Omne accidēs habet vnum subiectum. sed numerus nō habet vnū subiectum. ergo non est vnuz accidens: z per consequens non est vna species quantitatis. Minor patet. qz numerus est in diuersis subiectis: puta in diuersis vnitatibus materialib⁹ Respondetur ꝙ aliquid esse in diuersis subiectis potest dupliciter intelligi. Uno modo sic ꝙ fm se totum sit in vtroqz subiectorum: z sic est impossibile vnum accidēs numero esse in diuersis subiectis. Alio modo potest intelligi idem accidens numero esse in diuersis subiectis ratione suarum partium: fm ꝙ vna est in vno subiecto: z alia pars in alio: z sic idem accidēs numero potest esse in diuersis subiectis Et si dicatur ꝙ ex illis vnitatibus non fiat aliquid vnum per se: sicut neqz ex subiectis illarum fit vnum per se. Respondetur ꝙ ex illis vnitatibus fit vnum discretum per se: z tamē ex sbiectis illarum non fit vnum per se. Unde nihil prohibet esse maiorem vnitatē in accidentibus q̄z in subiectis. Et si iterum obiciatur. quod accidēs capit vnitatem suam a sbiecto in quo est. Respondetur ꝙ accidens capit vnitatem materialem a subiecto: non autē formalem. iō non est inconueniens accidens habere maiorem vnitatem formalem q̄z suuz subiectum.

Ad rationes ante oppositu z

Ad primam dicitur. ꝙ ista propositio linea ē quanta et consimiles sunt distinguende. quia vel ista dictio quantum valet tantum sicut habens quantitatem tanq̄z formam sibi inherētez: z tunc conceditur ꝙ quantum predicatur denominatiue de eo de quo predicatur: z tūc iste sunt false: Linea est quanta: superfities ē quanta. Alio modo capitur quantum vt tantū valet sicut habens partes eiusdem rationis. z sic hec est vera: Linea est quanta. Nec proprie est denominatiua: licet posset dici denominatiua large. Ad secundam patet.

quid sit dicendum ex dictis: q2 nec ratio mensure nec ratio diuisibilitatis est propria ratio essentialis quantitatis: sed sunt passiones ei⁹. sed propria ⁊ essentialis quantitatis est habere partes eiusdem rōnis.

Queritur octauo. Vtrū sint

tm̄ quatuor speties quantitatis habentes positionem in cōtinuo: scz linea superfities corpus ⁊ locus. Et videtur q̄ nō. q2 positio est tm̄ habentium locum. sed linea ⁊ superfities nō habent locum. q2 soli corpori debetur loc⁹ ergo ⁊c̄. Secūdo sic. Loci nō est locus: q2 al's esset processus in infinitum. ergo locus nō hz positionem in suis partibus. Tertio sic. Numerus habet ordinem ⁊ permanentiā in suis partibus ergo ⁊ positionem. ⁊ per cōsequens non tm̄ quatuor sunt speties in suis partibus positionem habentes. In oppositum ē are^les.

Sciendum primo q̄ pro de-

claratione terminorum ⁊ inferius dicendorū ponuntur quatuor dicta. Primū ē. q̄ linea superfities ⁊ corpus dicuntur mensure intrinsece: eo q̄ subiectiue sunt in eo quod mensurant. sed tempus ⁊ locus dicūtur mensure extrinsece: eo q̄ non sunt subiectiue in suis mēsuratis. Secundū dictum. In linea tria possunt signari puncta: scilz punctum initians: de quo dicitur q̄ fluxu suo ymaginario causat lineam. Aliud est punctum terminans: ⁊ aliud est punctum initians ⁊ terminans simul: Terminans quidem respectu prime partis linee: ⁊ initians respectu partis posterioris. ⁊ ratione huius habz copulare ⁊ vnire partes linee adinuicem. Tertium dictum. Tm̄ tres sunt dimensiones: scilz longitudo latitudo ⁊ ꝓfunditas. q2 tm̄ tres sunt linee possibiles se intersecare ortogonaliter in puncto .i. ad angulos rectos. Quartum dictum. Ad habere positionem in suis partibus tria requiruntur. Primo q̄ ꝑtes sint in suo toto ita ordinate: q̄ possit signari in quo loco sita est quelibet. Secundo q̄ partes sint copulate ad aliquem terminum cōmunem. ⁊ tertio q̄ habeāt ꝑmanētiā.

Sciendum secūdo. q̄ in hoc

secundo puncto determinat arestotiles de ꝑtibus quantitatis continue. Et intēdit nouē conclusiones. Quaꝝ prima est. Linea superfities ⁊ corpus sunt speties quantitatis cōtinue. De linea patet. q2 linea habet vnum terminū cōmunem ad quem parti^le eius copulantur scz ad punctum. ⁊ eadem ratione patet de superfitie q̄ sit quantitas continua: q2 particule ei⁹ copulantur ad aliquem terminum cōmunem scilz ad lineam. Similiter etiam corpus habz vnum terminum cōmunem scilz superfitiē ad quem eius particule terminantur. ergo linea superfities ⁊ corpus sunt quantitates cōtinue. Secunda conclusio. Tempus ⁊ locus sunt q̄ntitates continue. De tempore patet. q2 particule temporis copulantur ad aliquem terminū cōmunem scilz ad presens. Ideo est dicendū q̄ ista pars textus ī qua dicitur: Presens enī tempus copulatur ad preteritum ⁊ ad futurū est intelligenda cōuertendo passiuū in actiuū ita q̄ sit sensus: presens tempus copulat preteritum ⁊ futurum. Sed q̄ locus sit quātitas continua patet. q2 partes corporis copulātur ad aliquem terminuz cōmunē: ergo ⁊ parti^le loci. tenet consequentia. Nam partes loci continent singulos ꝑtes corporis. sicut enī tot⁹ locus continet totum corpus: ita partes loci continent ꝑtes corporis. ergo partes loci terminabuntur ad eundem terminum cōmunem: ad quem copulabunt̄ particule corporis. Tertia conclusio resumit secundam diuisionē pri⁹ tactam vt ipsam declaret: et est hec: Quantitatis alia constat ex partibus habentibus positionem in suo toto. Alia autem ex non habētibus positionem. Quarta conclusio. Linea superfities corpus ⁊ locus habent positionez in suis partibus. De linea patet primo q2 illō cuius partes habēt ordinē in toto: ⁊ de quib⁹ potest ostendi vbi quelibet sita est: ⁊ sunt copulate ad terminum cōmunem: ⁊ habēt permanentiam: habet positionem in suis partib⁹ sed linea ē huiusmōi ergo ⁊c̄. Similiter probatur de superfitie corpore ⁊ loco. Quinta conclusio. Numerus nō hz positionez in suis partibus. q2 illud non habet positionē in suis partibus cuius partes non habent situz: neq̄z copulantur ad aliquem terminum cōmunem sed numerus est huiusmodi. In numero enī non poterit quisq̄z perspicere tanq̄z particule eius positionem aliquam ad seinuicem habeant: vt sint site alicubi: et alique ꝑticule ad seinuicem connectantur. Sexta cōclusio. Tēpus non habet positionem in suis partibus. Probatur. q2 illud non hz positionem in suis partibus cuius partes non simul permanent. sed partes tēporis sunt huiusmodi ergo ⁊c̄. Septima cōclusio remouet vnū dubiū. q2 exq̄ ꝑtes tp̄is nō hn̄t positionem: videretur alicui q̄ neq̄z habeant ordinē. Hoc dubiū remouet

dicens.tu dices tempus magis habere q̃ndã ordinẽ partiũ q̃ positionẽ:eo q̃ tẽporis aliud q̃dẽ est pri⁹: aliud ꝯ posteri⁹. Lõsiliter ꝑtes numeri hãt ordinẽ: eo q̃ pri⁹ numerat vnus q̃ duo:z duo q̃ tres.z ita ꝑtes numeri habebunt quendã ordinẽ: positionẽ ꝯ nõ multuz ꝓcipies. Octaua ꝓclusio. Oratio nõ hz positionẽ in suis ꝑtibus·q: partes ōronis nõ hãt permanẽtiã:q: qõ dictũ ẽ nõ põt amplius resumi.g̃ nulla erit positio ꝑtiũ eius:cum nõ pmaneãt. Nona ꝓclusio ꝓcludit p̃dictã diuisionẽ declaratã:z ẽ hec.itaq̃ q̃ntitatũ.Alie cõstant ex ꝑtib⁹ q̃ in eis sunt ad scinuicem positionẽ habẽtibus:Alie ꝯ ex nõ habẽtibus positionem.

Sciendũ tertio. q̃ circa hũc

tertũ incidũt tres difficultates. Prima vtz linea supfities z corp⁹ possint inueniri in eodẽ subiecto.Et videt q̃ nõ.q: si linea inest alicui subiecto:tũc sibi inerit lõgitudo sine latitudine:z sic sibi nõ inherebit supfities:z si superfities inhereat alicui subiecto tũc eidẽ inherebit longitudo z latitudo sine ꝑfunditate: z p ꝓns nõ poterit sibi inherere corp⁹. Respõdet q̃ ista tria mãꝫ in re inueniunt separata:licz tñ formaliter z q̃ntitatiue sepentur. Ideo ad obiectionẽ respõdet q̃ negatiões ille non sunt negatiões simpliciter:iõ nõ valet obiectio. vt cũ dicit q̃ linea est longitudo sine latitudine g̃ si linea inueniat in aliq̃ ſbiecto:nõ inuenit latitudo in eodẽ:z vez est sic:q̃ in illo ſubiecto nõ inuenit latitudo que sit ipsi⁹ linee. sed põt inueniri latitudo q̃ est supfitiei . sil⁹ si supfities sit in aliq̃ subiecto:in eodẽ nõ inuenit ꝑfunditas q̃ sit ipsi⁹ superfitiei:licz possit inueniri ꝑfũditas q̃ ẽ ipsius corporis . Scõa difficultas vtz linea ꝓõat ex ꝑtis. Rñdet q̃ nõ.q: nullũ continuũ cõponit ex indiuisibilibus:vt hz videri 6° ꝑhicoꝝ . Dicũt tñ quidã q̃ ꝑtes põt dupliciter ꝓsiderari.Uno mõ put ex suo fluxu ymaginario in longũ causat lineam: z isto mo dicitur materia lince . Alio mõ põt considerari vt ẽ termin⁹ vnius ꝑtis p modũ finis.z alterius per modũ ꝑncipij: Ratione cui⁹ sibi ꝓuenit copulare z vnire ꝑtes linee adinuicẽ:z sic ꝑtes hz rõnẽ forme respectu linee.Et sil⁹ diceret de linea q̃ ipsa ꝑtes est in potẽtia ad fluxũ cõtinuũ in latũ dicit eẽ ꝑtin⁹ materiale supfitiei: Ipsa autẽ ꝓsiderata in se z absolute:vt.s.ipsa est mensura rei fm longũ:dicit eẽ spẽs distincta a superfitie. Et ꝓsil⁹ diceret de superfitie ĩ ordine ad corpus. Tertia difficultas.vtz linea hẽat multitudinẽ ꝑtiũ in actu vel in potẽtia tñ. Rñdet per distinctionẽ:q̃ aliq̃d dicitur hr̃c multa in actu dupliciter.Uno mõ in actu subsistendi:z sic in linea nõ est multitudo partiũ actu· Alio mõ in actu cristẽdi:z sic ne duz est multitudo partium in linea actu : ĩmo infinite partes in actu.

Conclusio responsalis. tan

tũ sunt q̃tuor spẽs q̃ntitatis in suis partib⁹ positionẽ hãtes:vt patuit in scõo notabili.

Dubitatur primo. vtrũ pre

ter spẽs enumeratas sint aliq̃ quantitates per accẽs. Pro cui⁹ solutiõe ẽ supponẽdũ q̃ arestotiles in isto scõo pũcto determinat de quãtitatibus per accẽs. z intẽdit duas ꝓclusiões. Prima tãgit intẽtũ.z ẽ hec. Quãtitates quas diximꝰ sunt proꝓie q̃ntitates.s.spẽs quãtitatis continue z spẽs quantitatis discrete:z oia alia ab istis si dicant quantitates B est p accidẽs. Scõa ꝓclusio:Quecũq̃z dicunt q̃ntitates a p̃dictis spẽbus entẽratis sũt q̃ntitates p accẽs. Probat: q: quecũq̃z dicũtur q̃ntitates solũ per habitudinez ad quantitates p̃dictas talia dicuntur q̃ntitates per accẽs:sed quecũq̃z alia a predictis q̃ntitatibus si dicant q̃ntitates dicunt soluz q̃ntitates denoiatiẽ a p̃dictis q̃ntitatib⁹.g̃ quecũq̃z dicunt quantitates preter illas dicuntur q̃ntitates p accẽs.B⁰² patet exẽplariter.q: albũ dicit multũ eo q̃ superfities sit multã:z actio longa:eo q̃ temp⁹ sit lõgũ:z motus multus:q: tẽp⁹ mensurãs ipsum est multũ·g̃ albũ z actio sunt q̃ntitates p accidens. Rõne sic probatur. q: illud cui⁹ q̃ntitas notificat per aliã quantitatẽ est q̃ntitas p accidens:sed q̃ntitas albedinis z actõis z aliorũ similium cognoscuntur per aliã quantitatẽ ergo oia illa sunt quantitates per accidens:z in habitudine solum ad altas q̃ntitates. Minor patet:q: si q̃s assignet quanta sit actio: tẽpore diffiniet:dicendo ipsam esse ãnuã.similiter assignans quantũ sit albũ:diffiniet.i. notificabit eius quantitatem per superfitiem.q: quãta est superfities tũ albi vere dices.ideo concludit q̃ solũ ille quantitates q̃ dicte sunt sunt quantitates per se:nil autẽ alioꝝ erit q̃ntitas per se:Licet forte possz dici quantitas p accidens.

Dubitatur secũdo. vtrũ tem

pus z locus sint mensure extrinsece.Ad dꝰ tñ rñdet per tres distinctiões. Quaꝝ prima est: Mot⁹ est duplex.quidã est motus cõis: cuius modi est motus primi mobilis:in ipso primo

mobili realiter ⁊ subiectiue exſis. Aliꝰ eſt motus ſpālis: cuiꝰ mōi ſuit motꝰ ꝓticularium mobilium generabiliū ⁊ corruptibiliū. Secunda diſtinctio duplex ē tempꝰ. Quoddā ē tempus cōe ⁊ generale: qō per realē inherentiā ꝓuenit motui ꝑmi mobilis: ⁊ nulli alteri motui. Aliud eſt tempꝰ ſpāle: qō ꝑ realē inherētiā ꝓuenit ꝓticularibꝰ motibus mobiliū ꝓticularium. Tertia diſtinctio: Locꝰ pōt capi duꝯ. Uno mō materialiter ſeu fundamētaliter: ⁊ ſic ē ſupfities cōcaua corporis ꝓtinētis. Alio mō capit formaliter: ⁊ ſic ē reſpectꝰ extrinſecꝰ adueniēs: fundatꝰ in ſupfitie ꝓcaua corporis ꝓtinētis: ⁊ terminatus ad ſupfitiē cōuexā corporis contēti: q qdē reſpectꝰ vocat locatio actiua vel locatiuitas. Tūc ponunt 4ᵒʳ dicta. Primum eſt. compando tempꝰ cōe ad motum cōem: ⁊ tempus ſpāle ad motū ſpālē tempꝰ eſt mēſura intrinſeca. Ptz q: (vt patuit) ē realiter ⁊ ſbiectie in motu quē mēſurat g̃. Scōm dictum compando tēpꝰ cōe ad motꝰ ſpāles: tunc tēpus eſt mēſura extrinſeca. Patet: q: nō ē in eo quod mēſurat ſubiectiue. menſurat enī motꝰ ꝓticulares: in quibus nō ē ſubiectiue: ſed in motu cōi. Tertiū dictū. Locꝰ materialiter captꝰ reſpectu corporis ꝓtinētis ē mēſura intrinſeca: ⁊ reſpectu ꝓtēti eſt mēſura extrinſeca. Prima ꝑs patz. q: locꝰ materialiter ſumptꝰ ē ſupfities q̃ ſubiectiue ē in corpore ꝓtinēte. g̃ eſt eius mēſura intrinſeca. Scōa ꝑs ptz. q: ſepatur ſbiectiue a corpore ꝓtēto. g̃ nō eſt eiꝰ mēſura intrinſeca: ſed extrinſeca. Quartū dictū. Locꝰ formaliter ſumptus nulliꝰ eſt mēſura. Ptz. q: ſoli q̃ntitati cōpetit rō mēſure. ſed locꝰ formaliter captus nō ē q̃ntitas: ſed ē reſpectꝰ extrinſecus adueniēs de genere vbi. g̃ ſibi nō cōpetit mēſurare.

Dubitatur tertio. ex quo partes temporis nunq̃ ſunt ſimul: ſed ſemp vna ē p̃terita ⁊ alia futura: quō tempꝰ pōt ēe quantitas continua? Ad dubiū rñdet per duo dicta. Primū. Aliud regrit ad exſitiā entiū permanentium: ⁊ aliud ad exſitiā entiū ſucceſſiuoꝝ. q: ad exſitiā entiū permanentiū regrit q: oēs partes ſimul actu exiſtāt: ſed ad exſitiā entiū ſucceſſiuoꝝ ſufficit q: ꝑtes ſint copulate ad vnuꝫ indiuiſibile qō eſt ꝓtinuatiuū partiū entis ſucceſſiui. Scōm dictū. Licet inſtās nō ſit tempus nec ꝑs tpis: tm̄ ꝓpter ſui exſitiā dicit totum tempꝰ exiſtere: ⁊ generaliter vnūquodq̃ ſucceſſiuū dicit exiſtere ſi indiuiſibile cōtinuatiuū partiū eiꝰ ſubſiſtat. Qō ptz a ſimili. q: licet naſus hoīs nō ſit hō: tm̄ ꝓpter ſimitatē naſi totus hō dicit ſimꝰ: eo q: ſimitas nō eſt nata cōuenire toti hoī niſi per naſū. Similiter q: exiſtētia nō eſt nata ꝓuenire enti ſucceſſiuo: niſi per indiuiſibile cōtinuatiuū partium eiꝰ: iō ꝓpter exſitiā ipſius indiuiſibilis: totū ens ſucceſſiuū dr exiſtere. Et ſi q̃rat exq̃ continuitas cōuenit motui ſicut tempori: q̃re areſtotiles nō poſuit motum inter ſpēs q̃ntitatis ſicut tēpꝰ. Reſpondet per vnā diſtinctionē q: motus pōt tripliciter ꝓſiderari. Uno mō materialiter. ſ. ꝑ ipſa forma fluēte. ⁊ ſic ē in eodē genere cū ſuo termino adquē. Scōo pōt capi ꝑ reſpectu mobilis trāſmutati admouēs tranſmutās: q quidē reſpectus eſt extrinſecꝰ adueniens de genere paſſiōis. Tertio capit motꝰ ꝓ fluxu forme: q nō eſt niſi quedā ſucceſſio partiū eius ſ̃ꝫ priꝰ ⁊ poſterius. ⁊ ſic iſto mō ꝓuenit motui ꝓtinuitas alia formaliter a cōtinuitate magnitudis ⁊ tpis. Quod ptz: q: horū ꝑncipia cōtinuatiua ſunt alia formaliter g̃ ⁊ ipſe cōtinuitates ſunt alie formaliter. Unde ꝑncipiū ꝓtinuatiuū motus: qō eſt momentū vel mutatu eſſe: eſt aliud formaliter a ꝑncipio ꝓtinuatiuo tpis: qō ē inſtans: ⁊ eſt aliud a ꝑncipio cōtinuatiuo magnitudinis: qō eſt punctꝰ. g̃ cōtinuitas motus ē alia formaliter a cōtinuitate tpis et magnitudinis. Ex B ad dubiū dr. q: forte are ⁱᵉˢ motū comp̄hendit ſub tpe. Quod videt inuere ꝑ illud qō dr in textu: Actio enim dicit longa: eo q: tempꝰ ſit longū: ⁊ motꝰ multus. Uel pōt dici q: iō are ⁱᵉˢ nō enumerauit motum: q: forſan q̃ntitas ſua nō diſtinguit a tpe: eo q: illa ſucceſſio ſm priꝰ ⁊ poſterius in motu ē tempꝰ q: priꝰ ⁊ poſteriꝰ in motu eſt tempus ſm areſtotilē 4ᵒ pbicoꝝ. Et hec oīa ꝓbabiliter ⁊ breuiter ſint dicta: q: amplior determinatio magis ſpectat ad pbm realē q̃ ad logicum.

Ad rationes ante oppoſitas

Ad primā dicit q: poſitio pōt capi dupliciter Uno mō ꝑ reſpectu ꝓtiū permanentiū ad totū in q̃ habent vnionē ⁊ copulationē: ⁊ ſic poſitio bīi cōuenit linee ſupfitiei ⁊ loco. Alio modo capit poſitio ꝑ ordine vel reſpectu partiū ad totum ⁊ ad locū: ⁊ ſic tm̄ corpori conuenit. Ad ſcōam reſpondetur per idē. Ad tertiaꝫ dicitur q: hoc nō ſufficit: ſed cū hoc regritur q: partes ſint copulate ad aliquē terminū cōmunem: non autē ſic eſt de numero.

Queritur nono. Vtrū quantitas habeat contrarium. Et arguitur q: ſic. q: omnis motus eſt de contrario in contrarium.

sed ad quantitatē est per se motus.q̄ hz ꝓriū: In oppositum ē arstotiles.

Sciendum primo q̄ pro de

ratione q̄ōnis mote ponit talis distinctio.q̄ntitas pōt capi dupliciter.Uno mō p se z absolute:vt abstrahit ab oi posteriori: puta a q̄lita te sensibili:z a motu:z per ꝓfis a substātia in q̄ntū sensibilis ē.z vt sic ptinet ad methaphisicū:z ad logicū ,put super ea fundat intentio logical'. Hec etiā ipsa vt sic hz ꝓriū. Nā in q̄ntitate ꝓtinua nō est minimū: nec in q̄ntitate discreta ē maximū.Alio mō ꝓsideratur phice:inquantu ꝓcernit substātiā materialē z est terminus corporis naturalis.z sic hz ō m.q: in vno q̄ꝫ ꝓposito materiali ex materia z forma sbstātiali trāsmutabili ē ponere maximū mediū z mīmū bñs latitudinē:fm quā de vno ad alterū pōt fieri motus q est ,ppie ad q̄ntitatez.

Sciendum secūdo . q̄ in ista

scōa pte determinat are 1co de trib' proprietatib' q̄ntitatis.Et ꝓtinet tres ꝓticulas. In q̄ꝫ ꝓma tāgit tres ꝓclōes.quaꝫ prima ē: Ampliū q̄ntitati nihil ē ꝓriū.vt bicubito:tricubito:superficiei vel alicui taliū nihil ē ꝓriū. Scōa ꝓclusio tangit vnā instantiā ꝓtra istā proprietatē . q: magnū z paruū multuꝫ z paucum adinuicē ꝓriātur:z tñ sunt q̄ntitates. q̄ q̄ntitati aliqd est ꝓriū. Tertia ꝓclusio tāgit solutionē instātie facte.et q: in ꝑdicta instantia duo assumebant.s.q̄ magnū z paruū multuꝫ z paucū essent q̄ntitates:z z' q̄ essent ꝓtraria· ió predictā instantiam soluit p duas ꝓclusiones ꝓtiales.Quaꝫ prima ē. q̄ predicta 4.' nō sūt q̄ntitates.probat are 1co duabus rōnibus.Quarū prima est.nihil qō nō dicit p se sed in sola relatiōe ad aliud ē q̄ntitas.sed multuꝫ z paucū magnū z paruū sunt hmōi. q̄ nō sunt q̄ntitates. hz' ptz primo q̄ ad primā partem. q: si magnū z paruū diceren ē p se z non relatiue nūq̄ mons diceret paru': sed semp mons diceret magu'.z miliū paruū. sed B est falsum q: mons dicit paru' respectu alteri' montis: z miliū dicit magnū respectu alteri' milij sui generis.Scōo ,probat minor q̄ ad scōaz partē . q: nisi multū z paucū dicerent in relatiōe ad aliud:nūq̄ dicerem' hoies esse multos in domo z paucos in theatro: vel plures in vico et paucos in ciuitate: cū multoplures sint in ciuitate q̄ in vico.sed B est falsū.q̄ etiā nō dicunt p se:sed in relatiōe ad aliud.Scōa rō bicubicū z tricubicū z vnūq̄q̄z taliū significat q̄ntitatē:magnū vo z paruū nō significāt q̄ntitatē sed magis ad aliqd.q̄ magnū z paruū multū z paucū nō sunt quantitates:sed sūt ad aliqd. Scōa ꝓclusio ꝓtialis magnū z puū multum z paucū nō sunt ꝓria,pbat duab' rōibus. Prima ē ista. Nil qō nō dicit per se:sed i relatōe ad aliud hz ꝓriū.sed multū z paucū magnū z paruū sunt hmōi.q̄ nō habēt contrariū.Scōa rō (que ducit ad duo incōueniēcia) ē hec. q: si magnū z puū sunt contraria ꝓtingit idez sil' recipere ꝓria:z etiā idē sibiipsi ē ꝓrium. Pria ps afītis probat:q: idē est sil' magnum z puū q̄ si magnum z puū sint ꝓria idē ,sil' recipiet cōtraria. Afīs ptz.q: idē comparum ad aliqd est paruū:z illud idē compatum ad aliud ē magnū.q̄ ꝓtingit idē sil' z in eodē tpe esse magnuz z paruū. Falsitas ꝓfitis ptz:q: iz substātia vna z eadē numero videat suscipe ꝓria:hoc tñ nō est sil' z in eodē tēpore. q: nullus hō sil' est sanus z eger nec alb' z niger . q̄ videt q̄ nihil aliud simul suscipiat ꝓria. Afīs q̄ ad scōam pte patet:q: magnū z paruū sunt ꝓria.sed idez simul est magnum z paruū ergo idem erit sibiipsi contrariū.

Sciendū tertio. q̄ circa hūc

tertum mouet arestotiles quandā dubitationē.vtꝫ scilz locus sursum z locus deorsum adinuicem contrariātur.Et probat q̄ sic.q: philosophi ponunt sursum cōtrariari ei quod est deorsum: sed sursum z deorsum sunt differētie loci.ergo locus habet contrarium:loc' autem est quantitas.ergo quantitas habet contrarium. Hanc obiectionem nō soluit arestotiles. Potest tñ ad instantiā responderi per distinctionem.q̄ locus potest dupliciter cōsiderari.Uno mō materialiter pro superfitie corporis continentis:z sic est quātitas nec habet contrarium. Alio modo capitur locus formaliter pro superfitie corporis continētis cui inest virtus conseruatiua locati : z sic locus sursum z locus deorsum ratione diuersarū virtutum in ipsis cōtentarum cōtrariant.

Conclusio responsalis.quan

titati nihil est contrarium. Hec conclusio patz satis per declarationem factā in notabilibus.

Dubitatur primo vtrū quan

titas suscipiat magis z minus.Et videt q̄ sic. q: vna quantitas est maior alia.ergo zc. Pro responsione supponendum est q̄ arestotiles in hac scōa particula ponit secundā proprietatem quantitatis que est hec . q̄ quātitas nō suscipit magis z min'.vt bicubicum nō ē alio magis bicubici:nec etiā ternari' vl' quari' suscip magis z mi':sil'r tria vel qnq̄ ñ dñ: ma

Liber

gis vel min⁹:nec temp⁹ alio tpe magis vel minus.q̃ q̃ntitas nõ suscipit magis z min⁹. Consequẽter in tertia ptícula ponit z^am ꝓprietatẽ dicens. Proprũ autẽ maxie q̃ntitatis ẽ fm eã eq̃le vel ineq̃le dici.qõ patz inductiue. qz corpus equale z ineq̃le ór:z nũer⁹ equalis z ineq̃lis:sit̃r z temp⁹ equale z inequale dicit:z sic de alijs spẽbus q̃ntitatis.z qz i nullo alio iuenit q̃z in q̃ntitate:vt affectio.i. dispositio nõ dicit eq̃lis vel ineq̃lis:sed sit̃r: similiter album nõ dicitur multũ eq̃le vel ineq̃le:sed sit̃r.q̃ ꝓprũ ẽ quantitati equale z inequale dici.Et ad rõnẽ rñdet qz q̃ntitas bñ suscipit maius z minus:sed nõ magis z minus.

Dubitatur secundo.qũo differũt z ꝓueniũt magis z min⁹ z mai⁹ z min⁹.

Rñdet qz dupl̃r cõueniũt. Prio qz vtrobiqz est q̃dã compatio. Scõo qz vtrobiqz ẽ compatio disquipantie:q̃ orit ex disquipantia z diformitate terminoꝝ.Sed differũt gnq̃ modis: primo qz mai⁹ z minus importãt compationẽ vnius ad vnũ precise in se z sine tertio: Sed magis z minus ꝑportãt compationẽ vnius ad vnũ nõ precise sed in compatione alicui⁹ tertij qõ participãt:vtputa alicuius forme:Scõo differũt.qz magis z minus sũt aduerbia: z iõ distinguũt sicut modi.z p^ter nõ formas sz modũ forme.Sed mai⁹ z minus sũt noia. iõ accipiunt nõ modaliter sed noãliter: z significãt formas:nõ autẽ modũ forme. Tertio differũt. qz magis z min⁹ nõ dicunt de forma pticipata:sed de ipsis pticipãtibus.sed mai⁹z minus ecõuerso.Quarto differũt.qz magis z minus sumunt penes intẽsionẽ forme: sed maius et minus penes extẽsionẽ subiecti.Quinto differũt.qz magis semp̃ presupponit in forma maius:z nõ ecõuerso.

Dubitatur tertio. vtrũ magnũ z paruũ multuz z paucum sint q̃ntitates.

Pro cui⁹ solutiõe ponunt tres distinctiones. Pria est:Multitudo z magnitudo pñt dupliciter capi.Uno mõ ꝑ fundamẽtis excessus:et sic sunt q̃ntitates. Alio mõ pro ipsis excessib⁹ z sic sunt relatiões.Scõa distinctio. Magnũ z multũ pñt capi dupliciť. Uno mõ vt sũt dentia magnitudinis z multitudinis p̃ mõ: et sic sunt q̃ntitates.qz magnũ idem est qõ q̃ntitas. magna:z multuz idẽ ẽ qõ q̃ntitas multa.Alio mõ pñt capi vt sunt dentia mag^nis z multitudis scõ mõ:z sic sũt reltia. Tertia distinc⁰. magnũ z puũ pñt adhuc capi du^r.Uno ⁰ pro denoiatis: z sic oia corpora siue substãtie siue accña pñt dici magna vel pua multa vel pauca.Alio mõ pro significatis.s.pro multitudine z magnitudine:z sic pñt dici vel q̃ntitates vel relatiões. Rationes añ oppositum soluuntur ex dictis.

Queritur decimo vtrum esse ad sit proprij⁹ modus cẽndi:ꝓtractiu⁹ essentialiter entis ad tertiũ pdicamẽtũ.qõ dicit ad aliqd:super q̃ fundat modus predicãdi hui⁹ pdicamẽti.Arguitur p̃ q̃ esse ad non sit mod⁹ essendi hui⁹ pdicamẽti.qz esse in nulli⁹ pdicamẽti est ꝓprius mod⁹. sed ẽ aliq̃ alia res cuius eẽ in ẽ modus q̃ a sit̃r.esse ad nulli⁹ pdicamẽti erit modus sz ẽ aliq̃ alia res cui cõuenit talis modus.Scõo sic arguit.q̃ ille mod⁹ nõ ꝑbat ens eẽntialiter.qz ꝓceptus absolut⁹ non põt includi in ꝓceptu respectiuo. sed ꝓceptus entis ẽ absolutus q̃ nõ includit in ꝓceptu relationis:z p ꝓñs nõ ꝓtrahit essentialiter ad ꝑdicamẽtuz.Minor ptz. qz ens põt cõcipi nullo alio intellecto q̃ cõceptus ei⁹ est absolutus Tertio arguit ad idẽ.Rõ formalis relationis est ad aliud: sed rõ formalis entis non est ad aliud·q̃ rõ formalis relatiõis nõ includit ens. Quarto sic.q̃ iste modus esse ad nõ cõstituat ꝑdicamẽtũ adaliqd.qz qua rõne cõcurrit ille modus q̃ est eẽ ad.ad ꝓstitutiouẽ istius pdicamẽti:eadẽ rõne videt cõcurrere ille modus q̃ est esse in:sed ex his duob⁹ modis.s.esse in z eẽ ad nõ videtur posse ꝓstitui vna tertia q̃ntitas pdicãmentalis. Tũ p̃ qz isti duo modi videt eẽ oino diuersaꝝ rõnũ: z nõ respicere se in ratione potẽtie z actus. Tũ scõo.qz tũc tale pdicamentũ nõ eẽt simplex: exq̃ cõponeret ex illis duobus modis:q̃ sunt esse in z esse ad. In oppositũ arguitur.qz esse ad includitur in rõe formali relatiõis z nõ tanq̃z cõius z ꝑbibile: q̃ includetur tanq̃z modus ꝓtiuus cõioris qõ est ens.

Sciendum primo q̃ pro declaratiõe terminoꝝ ponũtur due difficultates

Prima ẽ quid ẽ esse in:z qd est esse ad. Dicitur p̃ q̃ eẽ in tantũ valet sicut inherẽtia aptitudinalis. z est quidaz respect⁹ fundamẽtalis fundatus in natura cuiuslibet nouẽ pdicamẽtoꝝ accñtaliũ:z terminat⁹ ad subiectũ:q̃ quidẽ respectus ydemptificatur realiter cum fundamento:Et inde est q̃ non potest constituere p̃dicamentum distinctum a suo fundamento. Scõo ór q̃ eẽ ad:ẽ quidaz respectus actualis z formalis inter duo extrema:a quib⁹ realiter distinguitur:secluso quocunqz actu intellect⁹. Scõa difficultas. Quid significat ꝑ nomẽ ad

aliqd. Ad quā rīdetur p tria dicta. Quoꝝ primū est quorundā dicentiū q̄ B nomen ad aliqd ꝓueniētissime significat naturā huiꝰ pdicamēti fm q̄ est genꝰ m ab alijs distinctuꝫ. Luiꝰ rōnē assignant. qꝛ totuꝫ esse ꝛ tota natura illiꝰ pdicamēti ē ad aliud: que quidēꝫ habitudo cōueniēter significat per B nomē ad aliqd. Scōm dictū est alioꝝ dicentiū q̄ B nomen relatio ꝓt naturā illius pdicamēti ꝛ non hoc nomē ad aliqd nec hoc nomē relatiuū. Luiꝰ rōnē assignant. qꝛ genus dꝫ predicari per se et essentialiter de spēbus ꝛ oibus per se cōtentis in illo genere. sed B nomē relatio est huiꝰ modi: nō autem hoc nomē relatiuū vel ad aliqd q̄ ꝛc. Bꝰ patꝫ. qꝛ per se cōtenta in isto predicamēto sunt abstracta cuiusmōi sunt prnitas ꝛ filitudo: sed de illis predicat essentialiter ꝛ per se hoc nō relatioꝝ nō B nomē relatiuū vel ad aliquid. Q̄ autem concreta non sint huiusmodi relatiua: vel ea que sūt ad aliquid in cōcreto nō cōtineant per se in isto pdicamēto tanq̄ spēs vel per se inferioꝛa probatur dupliciter. primo rōne ostensiua. qꝛ illō quod ē aggregatū ex rebꝰ diuersoꝝ predicamentoꝝ non est per se in aliq̄ vno genere. sed illud qd significat per terminū concretū accidentalem est aggregatū ex rebꝰ diuersoꝝ generū q̄ nō est per se in aliq̄ vno pdicamēto. ꝛ per ꝓns illud qd significatur p ista noia concreta pater filius ꝛ filitia non est per se in aliq̄ vno genere. Aꝰ patet. qꝛ illud qd ē p se in genere dicitur p se esse ens ꝛ per se vnū 6ꝰ metha ꝛc. Sed aggregatuꝫ ex diuersis generibꝰ nō est per se vnū: nec p se ens. qꝛ 5ꝰ thopicorū dicitur q̄ albū nō est in genere ꝓpter suū duplex significare. Scdo ꝓbatur sic. Dis ꝓpositio negatiua est vera in q̄ spēs vnius generis remouet a spē alteriꝰ generis p̄ posteriorū. q̄ si pr ꝛ filius ꝛ huiusmodi ꝓcreta essent p se in isto pdicamento sequeret q̄ q̄libet talis ꝓpō esset vera: nullus homo est pater: nullus hō est filiꝰ. nullus hō est filius: ꝛ ꝓfiles. tenet ꝓnia. qꝛ in q̄libet tali negat spēs pdicamenti relationis de spē pdicamenti substātie. Tertiū dictū. Hoc nomē ad aliqd pōt dupliciter cōsiderari. Uno mō vt hec ꝓpō ad denotat habitudinē termini ad terminū ad quē. sicut prnitas ꝓt habitudinē pris ad filiū tanq̄ ad terminū. ꝛ hoc mō ad aliqd ꝛ B nomē relatiuū sunt noia synonima: ꝛ neutꝫ est genꝰ m. Alio mō ꝓsideraꝫ hoc nomen ad aliqd: vt hec ꝓpō ad denotat vel ꝓt habitudinē vie ad terminū. Exēplū sicut prnitas hꝫ habitudinē ad filiū non tāq̄ termi ad terminū: ſꝫ tāq̄ vie ad termi m. ꝛ tūc B nomē ad aliqd est synoⁿ cū B nomine relatio. Iō sicut relatio pdicat p se de spēbꝰ illiꝰ p̄ ntꝰ: ꝛ est genꝰ m: sic etiā B nō ad aliqd.

Sciendum secūdo. q̄ in hoc

4ꝰ capitulo determinat are leꝰ de 3ꝰ predicamento qō est relatio siue ad aliqd. Et continet duas ptes. In pma determinat de relatis fm opinionē platonis ꝛ alioꝝ antiquorum. ꝛ ista cōtinet duas pticulas. In pma determinat de relatione fm suū esse essenciale. ꝛ intēdit tres ꝓclusiones. In quaꝝ pma tangit dionē relatiuoꝝ. ꝛ est hec. Ad aliqd vo talia dicunt q̄cūq; hoc ipsū quod sūt. i. q̄ fm suū esse qō habent: dicunt alioꝝ. i. referunt ad alia sub habitudine gti casus: vel dicūt quolibet aliter ad aliō. i. sub q̄cunq; alia habitudine a habitudine gti. puta sub habitudine acti vel ablti. Secūda ꝓclusio (q̄ ē bimēbris) tāgit declaratōes dionis predicte. p virꝝ mēbꝝ eius. Prima ps cōclusiōis est hec. Relatiua fm suū esse referuntur ad aliud sub habitudine gti casus. Probat inductiue. primo in relatiuis ꝓm esse. qꝛ maiꝰ hoc ipsuꝫ qō est dicit alteriꝰ. i. refert ad aliud sb bitudine gti casus. qꝛ dr maiꝰ alicui maiꝰ: ꝛ duplū B ipsū qō ē dr alteriꝰ: qꝛ dr duplū alicui duplū: ꝛ filr qcūq; alia reltia ꝓm ē sūt hmōi. Scdo declarat idē i reltis fm dici: qꝛ bū: affect: disciplina: ꝛ positō: sūt etiam adaliqd: ꝛ fm suū eē dicūt alioꝝ: nec dr alr ad aliō. i. nō referūt sb alia hi nc q̄ gti. vt bū dr alicui bū: ꝛ positō dr alicui positio: ꝛ c de alijs. Scda ps ꝓcl'ois ē ista. Aliq̄ reltia dr: q̄ mōlibet alr ad aliō. Ptꝫ. qꝛ mag m ē ad aliqd: ꝛ tm refert ad aliud sub hi nc acti ꝛ non gti. vt magnū dr ad puū magnū: ꝛ etiā fil'e dr alicui fil'e ꝛ c ctꝰ. Tertia ꝓ remouet vnā dubitatōeꝫ. qꝛ dixit are leꝰ q̄ ista 4ꝰ acubitꝰ: bitꝰ: statio: ꝛ sessio: sūt positiōes: ꝛ positio est ad aliqd: iō ista 4ꝰ sūt ad aliqd. q̄re possꝫ aliqs dubitare vtꝫ ista ꝓcreta iacē: sedere: vel stare: sint etiaꝫ posi eꝰ: ꝛ p ꝓns ad aliqd. Rīdet are leꝰ q̄ hꝰ i cōcreta nō sūt posi eꝰ: ſꝫ sūt q̄dā dentie dicta a positionibus.

Sciendus tertio q̄ circa hūc

textū ozīt vna dīsti ꝰ. vtꝫ genꝰ m huiꝰ p̄ ntꝰ referat ad aliud sb hi nc alicui obliq̄ casꝰ: vl sit pn mꝰ referēdi tm. Et arꝰ p̄ ꝫ p am ptē. qꝛ si gnꝰ m huiꝰ p̄ ntꝰ referat ad aliud: tūc (cū reltia sint sil' na) q̄ rōe ipsū genꝰ m qō refert erit genꝰ m: eadē rōe ꝛ terminꝰ ad quē refert erit genꝰ m: ꝛ p ꝓns i isto p̄ ntꝰ erunt duo gnia ma. ꝓnia ꝛꝫ. qꝛ exq̄ vnū reltū nō ē pꝰ ne. ꝛꝫ cōiꝰ alio: nō ē maioꝝ rō q̄re vnū relatiuū ē genus m q̄ aliud.

pema gto

Relata fm suū

Nota illa stand

Secda gto

Relata ingēn nō ipsa ad aliud

ad aliqd / ꝛ fund cōcreta

Tertia gto

Secūdo arguit̄ contra secundā partem. quia si genus generalissimū hui⁹ p̄dicamēti sit p̄ncipium referendi: seqtur vt p̄us ꝙ erunt duo gn̄a ma in illo p̄dicamēto. ꝯsequentia tenet. qꝛ si genus gn̄alissimū sit principiū referēdi aliq̄ extrema sint illa extrema b et c. Tunc arguit̄ sic. Aliqua est relatio ipsius b ad c: et ē alia relatio mutua ipsius c ad b: sed illa extrema sūt eq̄ cōmūia ⁊ eq̄ prima ḡ ille due relatōes qb⁹ illa extrema referuntur mutuo: erunt eq̄ prīe et per ꝯsequens erunt duo genera generalissima. Ad difficultatē respōdetur ꝙ gen⁹ gn̄alissimum huius p̄dicamenti qd̄ est relatio nō refertur: sed ē principiū referēdi tm̄. Ad rōez contra factā: dicitur ꝙ hoc cōe generalissimū relatio est principium referendi: non diuersa extrema ad inuicē: sed idem ad se ipsū: puta hoc cōmune relatiuum ad se ipsum. nā dicit̄ relatiuum relati relatiuū. et ideo sicut extrema illius relatiōis sunt eadē: ita et ille relationes mutue sunt eedem omnino. Et si arguat̄. quia relatio in genere gn̄a mo sumpta debz esse realis: sicut et qd̄libet p̄dicamētum est reale. sed relatio eiusdē ad se ipsum nō est realis ergo relatio in genere gn̄a mo sumpta nō est p̄ncipium referēdi idem ad se ipsum. Respōdetur ꝙ licet relatio vna in numero q̄ est principiuz referendi eiusdem in numero ad se ipsum sit rationis et non realis: tamen relatio vna ī spē vel in genere: q̄ est principiū referendi ei⁹dē in spetie vel in genere ad se ipsum bene ē realis: sicut est in ꝓposito. Et si vlterius dicatur Inter q̄cunqz duo relatīa ē habitudo aliqua vna s̄m numerū: dicit̄ ꝙ vnū numero potest dupliciter capi. Uno mō vt distinguitur cōtra vnum spetie vel genere ⁊ sic negat̄ ꝯsequētia Alio modo capitur vnū numero pro omni eo qd̄ cum alio potest ꝯstituere binariū. et sic cōceditur antecedentes ꝯsequens.

Conclusio respousalis: esse.

ad ē mod⁹ eēnalis: contractiu⁹ eēnaliter entis ad relationem: sup̄ quo mō fundatur modus predicandi istius predicamēti. Cōclusio ꝓpria et secūda p̄te patet p̄ argumentū factuz in oppositum: pro vltima p̄te patet qꝛ relatio denomiat sb̄stantiam in eo qd̄ est ad aliud se habere sed ille mod⁹ denomiandi fundatur super isto modo essendi qui est esse ad. relinquitur ḡ conclusio vera.

Dubitatur primo vtrū relatio sit realiter distincta a suo fundamento.

Et arguitur ꝙ non. quia si sic seq̄retur ꝙ qn̄doqz erit similitudo: et non erit q̄li⁹ sup̄ qua fūdat̄. consequentia tenet. quia omnē rē ab alia distinctā realiter: potest deus facere sine illa re: ḡ si similitudo realiter distinguatur a q̄litate: poterit deus facere similitudinē sine q̄litate 2° quia si sic sequeretur ꝙ ignis existens p̄isius et ibi calefaciēs aliqd̄ calefactibile: necessario calefaceret aliud calefactibile rome: et in q̄cūz alio loco q̄ntūcūqz distante a p̄isi⁹. cōsequētia tenet. quia calefacto p̄isius aliquo calefacti li fiet noua similtudo in calido existēte rome: s̄ calefaciens non agit nisi calefaciēdo. ḡ ignis existēs p̄isius calefatiet aliqd̄ calefactibile rome: et etiam spatiū qd̄ ē a parisius vsqz ad romam: eo ꝙ agens naturale prius agit in propinqum q̄z in distans. Tertio sic. quia si sic sequeretur ꝙ sortes posset esse pater platonis quem nunq̄z genuit. et ꝙ sortes non esset pr̄ ciceronis quē tamē genuit. Primum incōueniens probatur. qꝛ q̄cunqz res existit in patre platonis potest deus omnino eādē causare in sorte: sed paternitas est quedā res qua pater platonis dicitur formaliter pater ipsius platonis distincta etiā realiter a patre ḡ illā eandē paternitatē potest deus de nouo creare in sorte: et sic sortes erit pater platonis quē tamen nunquā genuit. Secūdum incōueniēs ꝓbat̄ quia si paternitas sortis sit realiter distincta a sorte ⁊ a cicerone filio suo: poterit deus realit̄ destruere illam paternitatē: remanētibus sorte et cicerone: et tunc sortes non erit pater ciceronis quē tamē genuit. In oppositū arguitur. quia impossibile est eandem formā sil̄ ⁊ semel intendi ⁊ remitti. sed relatio intenditur quando suum fundamētum remittitur: et eꝯ quando fundamētum intēditur relatio remittitur ḡ relatio ⁊ suū fundamentū non sūt vna forma realiter. Aᵒʳ patet. quia intendi et remitti sunt motus contrarij. modo impossibile est simul idem moueri motibus cōtrarijs: Bᵒʳ probatur qꝛ supposito ꝙ sortes sit magis alb⁹ q̄z plato: si remittatur albedo sortis sortes fiet magis similis platoī. Si vero albedo sortis ītendatur tunc fiet minus similis platoni: eo ꝙ continuo albedo sortis recedit a gradu albedinis platonis. Secūdo sic. nulla eadem res limitata potest ꝯtinere formalit̄ opposita: s̄m perfectam ydemptitatē eadem sibi. sed in eod̄ fundamēto successiue fundant̄ opposite relationes formaliter. ergo qua ratione cōtineret vnam per ydemptitatē: pari ratiōe cōtineret ⁊ aliam relationē. Tertio sic friuolum videtur esse: personas in diuinis ꝯstitui formaliter ex entibus rationis: cum sint realiter distincte: s̄ persone diuine formaliter constituunt̄ ex re-

tertium incidunt 4^or difficultates. Quaꝝ prima est hec. Qualiter est possibile q̄ istud p̄ncipiū: (nō ꝓtingit idem simul affirmare ꝛ negare:) ingrediat demōstrationē formaliter: cum tñ omnis demōstratio sit ex propositiōibus kathegoricis. Respondet q̄ istud principiū potest formaliter ingredi demōstrationem: si addat ad maiorem extremitatem: ꝛ tūc fiunt vnā kathegoricam de copulato predicato: sic arguendo. Omnis homo est animal ꝛ nō est nō animal: callias est homo ergo callias est animal: ꝛ nō est non animal. Scōa difficultas. vtꝝ istud principium de quolibet affirmatio vel negatio ingrediat omnem demonstrationem ad impossibile. Respondet per distinctionem. q: duplex est demōstratio ad impossibile. Quedā est q̄ ex opposito contradictorio ostendit veritatē oppositi: ꝛ in tali demonstratiōe ingreditur illud principium. Alia est demonstratio ad impossibile q̄ propter non inherentiam vni^9 contrarij nō complexi ostendit inherentiam alterius contrarij. vt illa que ostendit numerum esse parem: eo q̄ numerus nō est impar. Et in tali demōstratione non ingredit illud principiū: eo q̄ non sumit negationem contradicentem affirmationi. Tertia difficultas. Quare dicunt dialetica ꝛ metbaphisica scientie cōmunes. Respondetur q̄ metbaphisica dicitur cōmunis cōmunitate predicationis: eo q̄ suū subiectū predicatur de subiectis omniū aliarum scientiarum. Sed dialetica dicitur cōmunis cōmunitate vsus ꝛ applicationis. q: subiectum dialetice potest applicari ad oēs sciencias. Possumus enim per sillogismū dialeticum ꝓbabiliter disputare de principijs ꝛ conclusionibus omnium aliarū scientiarum. Quarta difficultas. Cum in qualibet scientia sit vnum proprium subiectum: quomodo potest stare q̄ dialetica non sit determinate alicui^9 generis subiecti. Respondetur per distinctionem. q: vel per genus subectū intelligitur illud de q̄ demōstrant passiōes: ꝛ sic dialetica ē determinate alicui^9 generis subiecti: sicut ꝛ q̄libet alia scientia. Alio modo p genus subiecti potest intelligi obiectū totale scientie: quod ē conclusio. ꝛ sic dialetica non est vni^9 generis subiecti determinate. Ad illum sensum q̄ cōclusio sillogismi dialetici nedum pōt esse vera: sed etiam potest esse falsa. Modo conclusio sillogismi demonstrati vni^9 generis semp est vera. ideo demonstratiua scētia est determinate vni^9 generis subiecti. Vel sic respondet sm linconiensem. q: dialetica dupliciter sumit. Uno modo inq̄tū est scia ꝛ pars ꝓbie ꝛ sic habet genus subectū proprū. ſ. sillogismū: vel scōas intentiones applicatas primis: pro quāto p eas deuenit de noto ad ignotū. Alio modo pōt capi dialetica inq̄tū est ars ꝛ instrumentū ꝓbie quo vtitur qualibet scētia. ꝛ sic non habet determinate ꝓprū gen^9 subiectū: sed ꝛ cōis oib^9 subiectis aliarum scia.

Conclusio responsalis.

Demonstrator non interrogat. Patet q: interrogare est querere vnā partē cōtradictionis ꝗ̄ disiunctione ad aliam. Sed demonstrator nō querit vnā partem ꝗ̄ dictiōis ꝗ̄ disiūctione ad

aliã: sed determinate sumit alterã. igitur non interrogat.

Dubitatur primo. Vtrum in

qualibet scientia sint proprie interrogationes. Ad dubium respondet arestotiles in 2ª parte huius capituli affirmatiue ꝙ sic. qz in vnaquaqz scientia sunt proprie ꝓpositiones ex quibus fit sillogismus. ergo z proprie interrogationes. tenet cõsequentia qz ꝓpositio z interrogatio sillogistica idem sunt. Ois eni questio quam querit demõstrator postea fit ꝓpositio aut conclusio demonstrationis. ergo ois questio quã querit demonstrator est ex proprijs terminis illius scientie. z per cõsequens in demonstratiua scientia sunt proprie interrogationes cõstitute ex ꝓprijs terminis illiꝰ scientie. ergo similiter erit in alijs scientijs ex quibus infert arestotiles 4ºʳ correlaria. Primũ est. ꝙ nõ omnis interrogatio est geometrica vel medicinalis. Sed illa ē geometrica que fit ex ꝓprijs terminis geometrie: ex quibus etiã demonstrator conclusionẽ in geometria infert. Scõm correlariũ. geometria per sua propria ꝓncipia habet ꝓbare conclusiones geometricas: non tñ habet ꝓbare sua ꝓpria principia. Tertiũ correlariũ. nõ oportet quẽlibet scientem quãlibet interrogatiõez querere: nec ad omne interrogatũ respõdere oportet tñ eum interrogare z respondere de his que pertinẽt ad suam scientiã. Quartum correlariũ. si quis disputet in geometria fm ꝙ geometria ex his que sunt geometrie: bene disputat. Si autẽ disputet in geometria ex his que nõ sunt geometrie: nõ bene disputat. ideo non est disputandũ de geometria in nõ geometricis.

Dubitatur secundo. Quot

questiones mouet arestotiles circa interrogationes geometricas. Ad dubiũ respondetur. ꝙ in tertia pre huiꝰ capituli mouet tres questiones. Prima ē hec. qz dictum est ꝙ sint alique interrogatiões geometrie. querit vtrũ sint etiam alique nõ geometrice. Scõa. vtrz interrogationes facte fm quãlibet ignoratiã principiozz geometrie sint geometrice. Tertia. vtrz sillogismꝰ ignorantie ꝓcedens ex oppositis principiozũ sit sillogismus vel paralogismus. Est eni duplex sillogismꝰ ignorantie quidã est qui procedit ex falsis: z dicit peccare in materia: ē tñ sillogismꝰ simpliciter. Aliꝰ est sillogismꝰ ignorantie qui apparet esse bonus sillogismꝰ z nõ est. z dicit peccare in forma. vt sillogismi qui non fuit in debito mõ z in debita figura. Et ille cõmuni noie vocatur paralogismus discipline .i. apparẽs sillogismus. Ad primã questionem respõdet arestotiles per duo dicta. Primũ dictum ē illud. ꝙ interrogatiões facte ex alia arte a geometria sunt nõ geometrice. De hoc nõ dat exemplum. sed posset dari. vt si queraf in musica. vtrz sonꝰ possit diuidi in duo semitonia equalia: talis interrogatio ē nõ geometrica. Secundũ dictum. ꝙ fm geometriã possunt fieri interrogationes non geometrice. vt sigs opinetur paralellas subire. i. lineas equaliter distantes cõcurrere: iest interrogatio nõ geometrica. Ad 2ᵃᵐ questionem respondet arestotiles ꝙ interrogatio facta fm ignorantiã geometrie est quodãmodo non geometrica. Vt ficut arismu dicitur dupliciter. Uno modo qz est sine risimo: hoc ē sine sono. Alio modo qz habet prauũ sonum. Similiter nõ geometricum dicit dupliciter. Uno modo qz non habet aliquid de geometria. Alio modo qz prauе habet aliquid de geometria. sicut est ignorantia que est cõtraria principijs geometrie. Solutio tertie questiõis patebit in dubio sequenti.

Dubitatur tertio. Vtrũ sillo

gismus ignorantie per quẽ generatur error vel deceptio sit sillogismus vel paralogismꝰ. Pro solutione dubij ponit arestotiles septem differentias inter scientias demonstratiuas z dialeticas. Prima est. qz in demõstratiuis nõ fiunt paralogismi sicut in dialeticis. Scõa qz medium in demõstratiuis semper habet duplicem habitudinẽ ad extrema. qz habet habitudinem ad maiorez: que predicatur de eo vniuersaliter: z ad minorem de qua predicatur vniuersaliter. nõ tñ sic predicaf vniuersaliter ꝙ signũ vniuersale ponaf ad predicatũ. quod eni predicaf nõ dicitur omne. i. non sumitur cũ signo vniuersali affirmatiuo. Tertia differentia. qz illa que sunt in scientijs demonstratiuis sunt manifesta intellectui. sicut visibile visui. Sed nõ in dialeticis. qz in rationibus dialeticis latent multe deceptiones. sicut patz faciendo talẽ sillogismũ dialeticum. circulꝰ est figura. sed carmina. i. metra homeri sũt circulus: ergo carmina homeri sunt figura. Quarta differẽtia. qz in dialeticis potest fieri instantia: sed nõ in demonstratiuis. qz sillogismꝰ demonstratiuꝰ procedit ex premissis vniuersalibus: que sũt vere ꝓ q̃libet supposito. Quinta qz in dialeticis oportet seruare formã sillo ca: nõ autẽ in demonstratiuis. Patet sic. qz zenõ sic arguebat ex puris affirmatis in 2ª figura.

quicqd generat in multi^ta analogia.i.in maiori proportione q̄ sit corpus ex q̄ generatur illud cito generatur. Sed ignis cito generat ergo ignis generat i multi^ta analogia. Sexta differētia. In demonstratiuis non pōt ex falsis demonstrari verū. ideo facilis est resolutio a veritate conclusionis ad veritatem p̄ncipioꝝ. Quod patet. qꝛ in mathematicis antecedēs ⁊ ꝯn̄s cōuertūt in veritate. qꝛ ꝑ medio nō accipiunt aliqd̄ accidentale: sed diffinitiones que conuertunt cū extremis. non sic autē est in dialeticis. Septima differentia. qꝛ sillogismi dialetici bn̄ possunt augeri per diuersa media. Sed sillogismi demonstratiui non possunt augeri per diuersa media: sed bn̄ augentur sumendo in post. i. sub miori extremitate: ⁊ in latus. i. sub maiori extremitate. vt sit ista conclusio demonstrata. numer⁹ est quantus: sub quanto sumit finitū ⁊ infinitum. sub numero sumitur par ⁊ impar. Ex his patet respōsio ad dubium q̄ sillogism⁹ ignorantie per quē causat deceptio vel error in scientia est sillogism⁹: sed peccās in materia nō ē paralogismus discipline. Rationes añ oppositū soluunt ex primo nōbili.

Queritur decimo. Vtrum sit

possibile vnā scientiaꝫ alteri subalternari. Et arguitur q̄ nō. qꝛ non cōtingit demonstratorē descendere de vno genere in aliud gen⁹: ⁊ tn̄ contingit descēdere de vno subalternoꝝ in aliud. ergo nō contingit scientias subalternari. Scdo sic. Nulla idiuidua eiusdē speciei sibiinuicē subalternantur. sed oēs scientie sunt indiuidua eiusdē speciei. ergo nulle sciētie sibiinuicē subalternant. Tertio sic. Totius ⁊ partis est eadē sciētia. sed subiectū scientie superioris ē totum respectu scie inferioris. g̃ subiectū scientie inferioris ⁊ superioris sunt eiusdē: ⁊ per cōsequēs vna nō subalternat alteri: cū idem nō subalternet sibiipsi. In oppositum ē arestotiles.

Sciendum primo. q̄ pro de-

claratione terminorū ponunt tres distinctiones: ⁊ tres diffinitiōes: ⁊ vnū dictum. Prima distinctio ē hec. Duplex est subalternatio quedā est subalternatio actiua: a qua aliquid dicitur sibi subalternare aliud. Alia est subalternatio passiua: a qua aliquid dicit subalternari alteri. Scda distinctio. Superi⁹ potest dupliciter cōtrahi. Uno modo ꝑ differentiaꝫ essentialem. vocat aūt differentia essentialis que addita supiori constituit vnū per se inferius ipsius supioris. vt ratio^le additū aīali cōstituit hominē. Alio modo pōt contrahi ꝑ differentiā accidentalē. Est autē differentia accidentalis illa que addita supiori cōstituit vnū ens per accidens. Tertia distinctio. Aliquā sciam alteri subalternari pōt dupliciter intelligi. Uno mō per denoiationē intrinsecaꝫ: ita q̄ subalternatio sit ꝓprietas intrinsece denominans sciam: ⁊ sic vna scientie alteri nō subalternat. Alio modo pōt intelligi ꝑ denominationē extrinsecā: sic q̄ subalternatio sit proprietas intrinsece denoians sbiectū: ⁊ extrinsece sciam: ⁊ sic vna sciētia alteri subalternat.

Prima diffinitio ē hec. Subalternare ē sbiectum vel mediū alteri scie ꝑtialiter ministrare. Scda diffinitio. Subalternari est partē subiecti vel medij ab alia scia accipere. Ex q̄bus sequit alia diffinitio. Aliquā scientiā sibi sbalternare alterā est illā sciam alteri partem subiecti vel medij dare. Et illa scientia dicit subalternata que ab altera recipit partem subiecti vel medij. Dictū est istud. Ad hoc q̄ alique scie sibiinuicem sbalternent 4^or cōditiones requirunt. Prima ē q̄ subiectū scientie inferioris cōtineat sub subiecto scientie superioris: sicut ꝑs in modo sub suo toto. Secunda q̄ subiectuꝫ scientie supioris cōtrahat ad sbiectū scie inferioris ꝑ differētiā accidentalem. qꝛ si contraheret ꝑ differentiā essentialem: tunc ipsoꝝ esset eadē scientia: sicut totius ⁊ ꝑtis est eadē scientia. Tertia ꝯditio. q̄ talis differentia cōtrahēs nō sit causata ab illo superiori. Quarta cōditio. q̄ subiectū scie inferiorioris sit aliquid cōstitutū ex subiecto sciētie superioris cū aliquo addito: quod additū fatiat vnū ꝑ accidens cū illo superiori. Illud autem facit vnū per accidens cū altero quod predicat de illo contingēter.

Sciendum secundo. q̄ quar-

tus tractatus in quo determiat arestotiles de demōstratione qꝛ est: que facit scire min⁹ ꝓprie: cōtinet duo capitula. In quoꝝ primo ponit differentiā inter demonstrationē propter quid ⁊ qꝛ est in eadē scientia. ⁊ cōtinet sex cōclusiones. In quarū prima inuit vnā diuisionē demonstrationis per diuisionē ipsius scire quod ē effectus ei⁹. Nā sicut est quottā scire propter quid ⁊ aliud ē scire qꝛ est: Ita alia est demōstratio propter qd ⁊ alia qꝛ est. Hāc diuisionē inuit are^tes in prima cōclusiōe huius capituli: que ē hec. Demonstratio qꝛ est et propter qd differūt dupliciter in eadē sciētia. Primo qꝛ demōstratio ꝓpter quid procedit ex imediatis: ⁊ accipit propriā cām ⁊ adeqtaꝫ

conclusiōis. Sz demōstratio qz est ꝓcedit ex mediatis: eo qꝫ ꝑ medio accipit causā remotam vel effectū tā ꝙuertibilē q̃z nō ꝙuertibilez Scōo dr̄nt. qz demōstratio ꝓpter qd ꝓcedit ꝑ causaz ĩmediatā et ꝙuertibilē. Sz demōstratio quia est ꝓcedit ab effectu. qz nihil ꝓhibet eoꝝ q̃ ꝑdicant effectū esse notiorē sua causa ideo per talē effectū ꝓtingit demōstrare causam qz est. Scōa ꝙclusio tāgit vnū exemplū de demōstratōe qz est: q̃ fit ꝑ effectū ꝙuertibilem. vt oē nō scintillās est ꝓpe. planete erratice nō scintillāt. g̃ planete erratice sunt ꝓpe. qꝫ autē ista demōstratio nō fit ꝓpter qd: Probat arestoteles. qz nō ꝓcedit per causaz. non enim ex eo qꝫ non scintillāt ꝓpe sūt: sz ꝓpter illud qꝫ ꝓpe sunt nō scintillāt. Tertia cōclusio tāgit vnū documētū ad ꝙuertēdū illam de mōstratōez in vnā demōstratōez ꝓpter quid. et est hec. Si medium fiat a ꝓ extremitas et ecōtra: tūc erit demōstratio ꝓpter qd: sic arguēdo. quicqd est ꝓpe nō scintillat. Sz planete sunt ꝓpe. g̃ planete nō scintillāt. Ibi ē demōstratio ꝓpter qd: qz ꝓcedit ꝑ causaz ꝑmā Quarta ꝙclusio tāgit z m exēplū ad idē: qd ē istud. Quicqd augeꝫ circulariꝫ est circulare. luna augeꝫ circulariꝫ. g̃ est circularis. ibi enī est demōstratio qz est ꝓcedens ꝑ effectū. Sz si mediū fiat maior extremitas et ecōtra: tunc erit demōstratio ꝓpter qd: sic arguēdo: quicqd est circulare augeꝫ circulariꝫ. luna est circularis. g̃ augeꝫ cir r. Ibi est demōstratio ꝓpter qd ꝓcedēs ꝑ causaz. nō enim ꝓpter augmēta: B est qz augeꝫ circulariꝫ iō circularis ē sz qz circularis est: iō augeꝫ circulariꝫ. Addit arestoteles qꝫ ex eis ꝑt fieri demōstratio qz ē ꝑ effectū nō ꝙuertibilē: si tñ talis effect ꝓ sit notior sua causa. Quinta ꝙclusio ē hec. qñ mediū extra poniꝫ tūc est causa remota: et nō est demonstratio ꝓpter qd: sz qz est. eo qꝫ causa remota non est ꝓpria causa. Quā ꝙclusionez declarat exemplo: sic arguendo. oē respirās est aial: paries nō est aial. g̃ paries nō est respirans: ibi enim est demōstratio qz est ꝓcedens ꝑ causam remotā: et nō ꝑ causaz ꝓpriā et ĩmediatā. qz si nō ē animal sit causa ĩmediata huius qd est nō respirare seq̃reꝫ qꝫ esse aial esz causa respirādi. ꝙñs. est fl'm. ꝙñaz ꝑ bat arestoteles ꝑ duas regulas. Prima. si negatio sit cau'a ipsius nō ē: etiam affirmatio est causa ipsius esse. sic recipere calida et frigida sine mensura est causa nō sanādi: ita recipere calida z frigida cum mēsura est causa sanandi. Scōa regula. si affirmatio est causa ipsius esse: et negatio erit causa ipsius nō esse et intelligunt̃ due regule intermis ꝙuertibilibus tantū. Sexta cōclusio ꝑdicta demōstratio debz fieri in scōa figura: sic arguēdo. quid qd respirat est aial. paries non est animal. g̃ paries nō respirat. Et ratio huius est. qz medium se habet ad maiorē extremit: tē fm excellentiā .i. fm excessum: ideo potest ꝑdicari de maiore et ꝑ ꝙñs erit dispositio z e figure. Et est illud medium remotū: sicut erat mediū anatharsidis qui ꝓbat qꝫ insitis non sunt sibilatores: eo qꝫ ibidem nō sunt vites. Dicebat enim qꝫ non habere vites erat causa hui ꝓ qó est ibi nō esse sibilatores: q̃ causa est multum remota, nam causa fistulatōis est lasciuia mētis Sed lasciuie mentis causa ē dilatatio sanguinis et spirituū ad singula membra. huius autem dilatatōis causa est calor vini: z causa vini est vitis. ideo habere vites est causa valde remota sibilationis.

Sciendus tertio qz circa hūc

textum incidunt ōtuor difficultates. Quarus prima est. vtrum ꝑ effectū non ꝙuertibilē possit fieri demonstratio: Respondeꝫ per vnam distinctionem: q̃ est hec. Demonstrationem fieri per effectum non cōuertibilem potest intelligi ōdupliciter. Primo qꝫ mediū excedat minorē: et conuertaꝫ cū maiore. et sic bene fit demonstratio: arguendo sic. quicqd nō scintillat est prope. luna non scintillat. g̃ est ꝓpe Scōo potest intelligi qꝫ medium excedatur a minori extremitate. et sic bene fit demonstratio ꝑticularis: sic arguendo. quicqd nō scintillat est ꝓpe. stella nō scintillat. g̃ stella est ꝓpe. Tertio potest intelligi qꝫ medium excedatur a maiori extremitate. et sic bene fit demōstratio: sic arguendo. quicqd moueꝫ motu ꝑgressiuo habet animā sensitiuā: Sed aial mouetur motu ꝑgressiuo. g̃ animal habet aiam sensitiuam: Quarto potest intelligi qꝫ mediū excedat maiorem extremitatez et tunc nunq̃z potest fieri demonstratio. quia effectus ꝓcedens ex pluribus causis non potest alterā illarum concludere. Scōa difficultas vtrus iste due regule sint vere. Si affirmatio est causa affirmationis: negatio erit causa negationis Scōa regula. si negatio sit causa negationis et affirmatio est causa affirmationis. R̄ñdetur ꝑ talem distinctionē. quia iste regule possunt exponi duplicē. Uno modo logicaliꝫ: et tūc ꝑma tantū valet sicut ista. Si ab aliqua ꝓpositione affirmatiua sequaꝫ aliqua propositio affirmatiua: tunc a negatiā ꝑdicēte aficedēti seqniꝫ negatiuā cōtradicens cōsequenti. Sē

sus scde regule Si a negatiua sequat alia negatiua tunc ab affirmatia cõtradicente antecedenti sequit affirmatia ꝓdicens ꝓnti. Et tunc iste regule solũ tenent in terminis ꝓuertibilib⁹ q: si argueret in terminis nõ conuertibilib⁹: tũc ꝓmitteret fallacia ꝓnntis: arguendo a destructione antis ad destructionem ꝓntis. Alio mõ possunt exponi dicte regule phisicalit: et tunc sensus ꝑme est. Si aliqs effect⁹ positiu⁹ causat ab aliqua causa positiua: tũc effect⁹ negatiu⁹ sibi oppositus causat a causa negatiua ꝑoꝛi cause opposita. vt si sanitas causat a cõmensuratione calidoꝝ z frigidoꝝ: ita nõ sanitas siue egretudo causat ab incõmensuratõe calidoꝝ z frigidoꝝ. Tertia difficultas vtruꝫ de eadẽ ꝓclusione possum⁹ bñe demõstratões q: est et ꝓpter quid. Respondet q sic: in diuersis scis ꝑ diuersa media: et etiam in eadẽ scia: licet non ꝑ idem mediũ: sꝫ ꝑ diuersa. vt hec est demõstratio q: est. paries nõ est aial q̃ non respirat. Sꝫ si ar² sic paries nõ habet pulmonẽ. q̃ non respirat. ibi est demõstratio ꝓpter qd. Quarta difficultas. quid est scintillare. Rñdetur ab aliquibus q est extra se ad modũ ignis. vere vel appaent ignẽ emittere Sꝫ hoc non videt verũ q: planete (cum sint magis luminosi) magis apparẽt extra se ignẽ emittere. ideo ꝓ: alit q scintillatio est apparens tremoꝝ rei visẽ. nã qñ res videt de ꝓpe sub maioꝝ angulo videt: et eam põt vis⁹ subtili⁹ appꝓhẽdere et de ea iudicare: qñ vero videt res a longe: tũc sub minoꝝ angulo apparet: nec visus subtilit potest iudicare de tali re visa. Ideo in visu generat quidã tremoꝝ spirituũ visibiliũ. ideo stelle fixe q̃ valde distant a nobis apparent scintillare .i. tremere. Sꝫ planete q: min⁹ distant a nobis: in eoꝝ aspectu visus nõ calligat aut tremit: et ꝑ cõsequẽs hmõi planete nõ vident scintillare siue tremere.

Tertia difficultas

Quarta difficultas

Conclusio responsalis possibile est vnã scientiã alteri subalternari. patet

q: possibile ẽ q̃ due scie sic se habeãt ad inuicem q subiectũ vnius ꝓtineat sub sbiecto alterius ꝓtinentia vere sbalternatõis· q̃ possibile etiam est q vna scia alteri sbalternet.

Dubitatur primo vtrũ possit sciri ꝓpter quid: ignoꝛato q: est.

Pro responsõe supponit q arestoteles in z ° capitulo ponit ꝓꝛaꝫ inter demõstrationẽ q: est z ꝓpter quid in diuersis scis. Et ꝓtinet octo cõclusiones. Prima est hec. demõstratio q: est z demõstratio ꝓpter qd ꝓnt in diuersis scientiis: q: vnius est scire ꝓpter qd: alterius vero est scire q: est. Scda ꝓclusio quecunq: scie sic se habent q subiectũ vni⁹ ꝓtinet sb subiecto alterius: tunc vna speculat q: est: et alia speculatur ꝓpter qd. ꝑbat ꝓclusio ꝗtuoꝝ exẽplis. Primũ q: ꝑspectiua q̃ ꝑculat de magnitudie visuali ꝓtinet sub geometria q̃ ꝓsiderat de magnitudie absolute. Scdm exemplũ machinatia q̃ ꝓsiderat de edificatõe turrium et aliozũ edificiozũ. subalternat sceriometrie q̃ ꝓsiderat de edificatõe absolute siue de commensuratõe corpoꝝ. Tertiũ exẽplũ armonica id est musica: q̃ est de numero sonoꝝ: subalternat arismetrice q̃ est de numero absolute. Quartũ exemplũ: apparentia .i. scia naualis q̃ ꝓsiderat signa serenitatis et tempestatis in celo subalternat astrologie q̃ cõsiderat fit⁹ et motus astroꝝ. Tertia ꝓclusio quedã taliũ scientiaꝝ sunt vere. vni ⁿᵉ: q̃dam vero nõ. patet exemplarit ꝑma ps. q: astrologia apparẽtia armonica et musica q̃ est fm auditum non autẽ musica q̃ est de sonis humanis ille oẽs sũt vniuoce: et ꝓueniunt in vno nomie: et in vno nomis ratione. Sũt enim oẽs mathe ⁿᵉ scie: De scda ꝑte sꝫ de scis nõ vniuocis nõ exemplificat arestoteles. Quarta cõclusio sciaꝝ sensibilium et inferioꝝ z subalternaꝝ est scire q: est: sed mathematheca .i. superioꝝ et sbalternantiũ est scire ꝓpter quid. q: scie superioꝛes habent demõstrationes causales .i. principioꝝ scie inferioꝝ. Quinta ꝓclusio (q̃ est responsiua ad dubiũ) est hec. Contingit aliquoties ignoꝛare q: est: quando ꝑ scientiam superioꝝẽ scit ꝓpter quid. patet quia sicut se habet vl'e ad ꝑticulare: ita se habet ꝓpter quid ad q: est. Sed ꝓtingit sepi⁹ scire vl'e ignoꝛato ꝑticulari: ſic potest aliquis ꝓgnoscere q oiſmula est sterilis: et simul dubitare. vtruꝫ hec mula sit sterilis: et huius causa est. quia non applicat vniuersalẽ ad ꝑticulare. sic etiam qñ ꝓpter quid qõ se habet tanq̃ causa: non applicatur ad quia est. qõ se habꝫ tanqua effectus: tunc ꝓtingit scire ꝓpter quid: ignoꝛato quia est. Sexta ꝓclusio scientie subalternate mathemathece: differũt penes sbiectuꝫ a mathemathicis subalternãtib⁹. qua scientie mathematheci subalternate sunt de subiecto id est de aliquo contracto per aliquã conditionem: et vtuntur speciebus id est formalibus principiis: q̃ accipiunt a mathematheca: et q̃ contrahunt ad aliquam conditionẽ materiale Sed scientie mathemathece subalternantes sunt circa subiectum id est circa materiaꝝ siue circa aliquid cõtractũ ꝑ differentiã materiale

licet enim geometꝛ consideret de linea q̄ ē in subiecto et in materia: non tamen vt est in sb̄iecto· Septima cōclusio nedum ꝑ duas: sꝫ etiam tres scientias cognoscunt quia est et ꝓpter quid. patet qꝛ geometria est subalternās ꝑspectiue: et perspectiua ē subalternās respectu scientie de yride. Nā eadem cōclusio de qua scitur quia est in sciētia de yride: eadem scit ꝓpter quid aut simplicit et ꝑ habitū scie perspectiue aut sm̄ doctrinam .i. ꝑ habitū scientie superioris scꝫ geometrie. Octaua cōclusio diuersarum scientiaꝝ adinuicem nō sb̄alternatarū vna cognoscit quia est: et alia ꝓpter quid. patet. quia medicina et geometria non subalternant: et tamē medicine est scire quia ē de hac propositiōe ꝙ vulnera circularia tardius sanant: et ipsius geometrie ē scire ꝓpter quid: eo scꝫ ꝙ circulus est omniū figuraꝝ rectilinearum capatissim⁹: et est cuius latera magis distant. vt arguēdo sic. Illa vulnera quorum latera magis distant tardi⁹ sanantur. sꝫ vulnera circularia sunt huiusmodi g̃ tardius sanantur·

Dubitatur secūdo vtrū prima fignra maxime faciat scire.

Pro solutione supponitur ꝙ quintus tractatus continet duo capitula. Quorū p̄muꝫ continet vnam conclusionem: que est hec. p̄ma figura maxime fcit scire· ꝓbatur signo et tribus rationibus. Signum est istud. qꝛ scientie mathemathice: sic sunt arismetrica geometria et perspectiua faciunt suas demōstrationes ꝑ p̄mam figuram Ille autem fatiunt maxime scire. g̃ signum ē ꝙ p̄ma figura maxime facit scire. Prima rō quia in quacūqꝫ figura maxime fit sillogism⁹ ꝓpter quid illa figura maxime facit scire. Sꝫ in prima figura maxime fit sillogism⁹ ꝓpter quid. g̃ prima figura maxime facit scire: Aᵒʳ patet quia scire propter quid est maxime scire. Scd̄a ratio per quamcūqꝫ figuram potest venari qd̄ quid est illa maxime facit scire. Sꝫ solum per primā figurā potest venari qd̄ qd est. g̃ sola p̄ᵃ fiᵃ maxie facit scire. Maior pꝫ quia qd̄ quid est seu diffinitio aut est p̄ncipiū demonstratōis: aut cōclusio demōstrationis: aut tota demonstratio: positione differens. Minor patet quia qd̄ quid est .i. diffinitio p̄dicatur de eo cuius est vniuersalit et affirmatiue. Illius autem qd̄ quid est scientia ex affirmatiuis est· vt animal bipes p̄dicatur vniuersaliter et affirmatiue de homine. modo in secunda figura semper concludit negatiue. ergo in ea non potest concludi diffinitio de diffinito. Similiter in tertia figura semper cōcluditur particulariter. g̃ in ea nō potest concludi diffinitio de diffinito. tenet ꝯn̄a quia i° qd̄ qd̄ ē vl'm est. Tertia rō: illa figura q̄ sic se habet ad alias ꝙ alie indigent ea et ipsa non indiget alijs: illa maxime facit scire. Sed prima figura non indiget alijs: alie autem indigent ea. g̃ prima figura maxime facit scire. Minor patet quia per primā figuraꝫ p̄misse aliarum figurarum constipantur id ē condensantur et augentur donec ad imediatam veniant· Unde in proposito condensari est inter medium acceptū ⁊ extrema aliuꝫ accipere terminum imediatiorem pro medio. Sed augmentare est supra medium pre acceptum accipere plura alia media imediatiora.

Dubitatur tertio· vtruꝫ ista

sit imediata: nullum rationale est irrationale Pro dubio supponitur ꝙ arestoteles in scd̄o capitulo ostendit qualiter propositio negatia potest esse imediata. Et intendit quatuor cōclusiones. Prima est hec· sicut contingit a esse in b indiuidualiter et imediate: ita contingit a non esse b. indiuidualiter id est sicut est aliqua affirmatiua imediata: Ita est etiaꝫ aliqua negatiua imediata. patet quia imediata est illa que non habet medium per qd̄ possit demonstrari. Sed aliqua negatiua est h⁹modi g̃. Scd̄a cōclusio illa propositio dicit mediata cuius subiectū aut p̄dicatum vel ambo simul sunt in aliquo toto id est continēt sb̄ aliquo sicut species sub genere. Conclusio ꝓbatur tribus exemplis sm̄ tres partes eius q̄ in textu ponuntur ab arestotele in istis literis a. b. c. Sed pro maiori eminentia ponuntur alij termini. Primum exempluꝫ est illud. nulla substantia est qualitas. omnis homo est sb̄stantia. g̃ nullus homo est qualitas. Illa conclusio est negatiua et mediata. eo ꝙ subiectū eius est in toto qd̄ est substantia: inquo tamē non est hoc predicatum qualitas: cum sit q̄ttā totum. Secundum exemplum. oīs homo est substantia. nulla qualitas est substātia. g̃ nulla qualitas est homo. Ista conclusio est negatiua mediata. quia predicatum eius est in aliquo est toto: scilicet in substantia· non autem subiectum: sed ipsum est quottam totum. Tertium exemplum. nullum animal est color omnis homo est animal. ergo nullus homo est color. Ista conclusio est mediata. quia ei⁹ subiectum continetur sub aliquo toto: scilicet sub substantia. et predicatum continetur sub alio toto: qd̄ est qualitas. Tertia conclusio

J z

possibile est predicatum esse in aliquo toto in quo non est subiectuz et econtra. patet ex cordinationibus predicamentorum. quia illa q̄ sunt in diuersis cordinationibus non cōmutā tur a se inuicem: sicut illud ꝙ est in vna cordinatione sit in alia. qd̄ patet exemplo. quia istius negatiue mediate nullius homo ē q̄litas: subiectum est in vna cordinatione: scilicz incordinatione substantie: tunc predicatū est de eadem cordinatione vel non. Si nō habetur propositum: scz ꝙ subiectum ē in aliquo toto in quo non est predicatum. Si sic sequeretur ꝙ cordinatio in qua est hoc predicatuz qualitas erit in eadem cordinatione in qua ē hoc subiectum homo: ⁊ sic cordinatiōes erūt p mixte. hanc tamen conclusionem. ponit arestoteles in istis literis a. b. c. Quarta conclusio illa propositio negatiua dicit īmediata cuius nullum extremoꝝ est in toto. probatur ex opposito consequētis. quia si talis esset mediata tunc alterum extremorum esset in toto: qd̄ patet. quia vel talis vniuersalis esset negatiua demonstraretur in prima figura vl' in secunda. non autem in tertia cum in ea nō cōcludatur vniuersaliter. Si in p̄ma figura: tūc medium esset in toto. quia in prima figura sē p mior est affirmatiua. Si in scd̄a tūc necesse est alteram esse affirmatiuā. quia si vtraqz est negatiua non fiet sillogismus. si vero altera p̄missarum fuerit affirmatiua: tunc alterum extremorum esset in toto. hoc supposito. Respōdetur ad dubium per distinctionem. quia duplex ē negatiua īmediata. quedam est falsa: que fit per negationem superioris de inferiori. Alia est īmediata vera: ⁊ illa fit duob⁹ modis. Primo quādo neutrum extremorum est in toto. vt nulla substantia est qualitas. Alio quando vtrumqz extremorum est in toto: dū modo illa extrema sint due differentie īmediate ex opposito diuidentes aliqd̄ gen⁹. vt nullum irrationale est rationale.

Ad rationes ante oppositū

Ad primam dicitur ꝙ non licet demonstratorem descendere de vno genere in aliud simpliciter: tamen potest descendere de vno genere in aliud qd̄ est idem simplicit̄ et qd̄āmō sicut sunt subiecta subalternantis et subalternate. Ad scd̄am dicitur ꝙ licet due scientie non subalternentur sibijnuicem denominatione intrinseca et formali: bene tamen subalternantur denominatione extrinseca et obiectiua. Ad tertiam dicitur ꝙ maior est intelligenda de parte subiectiua vel integrali: nō autem de parte in modo.)

Queritur vndecimo: vtruz

deficiente nobis aliquo sensu: sit necesse deficere scientiam sui proprij sensibilis. Et videtur ꝙ ñ. qz destructo sensu adhuc possunt remneere species sensibiles in memoria. ergo adhuc potest habere scientia illius sensibilis Scd̄o arguitur sic. scientia est vniuersalis: q̄ cognoscuntur per intellectum et non per sensum: ergo destructo sensu non est necesse scientiam sensibilis illius sensus destruere. Tertio sic sensus est causa per accidens scientie. ergo ipso destructo possumus habere scientiam. tenet consequentia quia causa per accidens est qua destructa nihil minus est effectus: In oppositum est aresto.

Sciendum primo ꝙ pro declaratione terminorum ponuntur quatuor distinctiones.

quarum prima est hec. Sensus potest capi dupliciter. Uno modo pro actu sentiendi. et sic non capitur hic: Alio modo pro pontentia sensitiua. et sic capit̄ hic. Secūda distinctio. sensus potest dupliciter deficere. Uno modo a natiuitate. ⁊ sic non capitur hic Alio modo post natiuitatem et hoc tripliciter Uno modo postquam accepte sunt species sēsibiles. et sic non capitur hic. Alio modo antequam sint accepte alique species sensibiles. ⁊ sic capitur hic. Tertia distinctio. duplex est est sensibile quottam est per se. et de illo ē h̄ ad propositum. aliud est per accidens. et de illo non est hic ad propositum. Quarta distinctio. duplex est sensibile per se. quottam ē proprium. et de isto est hic ad propositum. Aliud est cōmune et de illo non est ad propositum. Nec valet instare de substantijs separatis: que sine sensu rerum sensibiliuz habēt scientiam. de illis etiam de quibus habemus scientiam sine earum sensatione. quia substantie separate propter sui simpliatez et perfectionem non indigent ministerio sensus: intelligendo ergo sine sēsatōe de reb⁹ sēsibi⁹ hñt v̄am ⁊ certam notitiaz. Similiter habem⁹ cognitionem de substantijs separatis quantū ad conceptum eorum proprium et quittitatiuum: tamen ille conceptus non est simplex de quo potissime intelligitur questio: scilicet ꝙ deficiente nobis aliquo sensu in principio natiuitatis impossibile est nos h̄re cognitionem distiuctam et simpliciter de sensibilibus illius sensus.

Sciendum secundo q̃ sext⁹: tractatus in quo determinat arestoteles de sillogismo ignorantie: qui generat deceptionē siue errorem: et continet duo capitula. In q̃z primo ostendit quomodo causat̃ in nobis ignorantia praue dispositionis. et continet quatuor partes. Quarum prima continet quatuor conclusiones. Prima conclusio tangit q̃tuor suppositiones. quarum p̃ma est hec. Deceptio facta per sillogismum ignorantie qui p̃cedit ex oppositis p̃ncipiorum non est ignorantia fm negationem: sz ignorantia fm dispositionem. Scḋa suppositio ignorantia p̃ue dispositionis est duplex. q̃dam est eorum que sunt primorum p̃ncipiorum. Alia est eorum que non sunt p̃morum .i. conclusionū. Tertia suppositio ignorantia p̃ue dispositionis ē duplex· quedam est simpler: q̃ fit simpliciter opinando aliquid esse vel non esse. Alia fit p sillogismum: quando opinio ipsius esse vel non esse generatur in nobis p aliquam rōez aut sillogismum. Quarta suppositio. ignorantia simplex: et ignorantia facta per sillogismum adinuicem differunt. quia p̃ma solū fit vno modo: scilicz opinando aliquid esse vel non esse· sz scḋa fit multis modis: vt infra declarabitur. Scḋa conclusio. si sit aliqua vniuersalis negatiua imediata et vera: tunc si aliquis sillogiset suum cōtrarium p aliq̃ medium ipse erit deceptus p sillogismum ignorantie. Tertia conclusio vniuersalis affirmatiua imediata et falsa potest concludi per sillogismum ignorantie tribus modis. Primo ex ambab⁹ in toto falsis: vt deducit arestoteles in literis. Potest tamen deduci interminis. vt oīs quantitas est qualitas. omnis substantia est quantitas. g̃ omnis substantia est qualitas. Scḋo ex maiore vera et minore falsa in toto. vt oīs quantitas discreta est qualitas. omnis substātia est quantitas discreta. g̃ omnis substantia est quātitas. Et addit arestoteles q̃ potest sillogisari ex minore vera. quia cum conclusio sit imediata: eius subiectum non est in toto. Sed si minor sit affirmatiua et vera significat subiectum esse in toto: q̃ tamen non est. ergo minor semper erit falsa. Tertio potest sillogisari ex ambabus impre falsis. Sed hoc si deducit arestoteles. potest tamē sic deduci. oē perfectum est substantia. omnis quantitas ē perfecta. g̃ omnis quantitas est substantia. Quarta conclusio vniuersalis affirmatiua imediata et falsa solum potest sillogisari in p̃ma figura. Sed vniuersalis negatiua falsa z mediata potest sillogisari in prima figura et in secunda figura.

Sciendum tertio q̃ circa hūc tertum incidunt quatuor difficultates. Prima difficultas est hec. Utrū ignorantia sit qd priuatiuum vel positiuum. Respondet p distinctionem. quia duplex est ignorantia. q̃dam est ignorantia negationis: q̃ ē simplex negatio seu carentia scientie in subiecto aptonato sicut cum aliquis nullam penitus habz cognitionem de re. vt puer nondum habens vsum rationis. et talis ignorantia non est pura negatio. quia lapis non ignorat: sed est carētia scientie cognoscendo subiectum in aptitudie ad illam. Alia est ignorantia p̃ue dispositionis. et est habitus erronius: quo assentimus oppositis p̃ncipiorum vel cōclusioni demonstratiōis. et sic ignorantia est quid positiuum. Scḋa difficultas quomodo opponitur ignorantia scie. Respondetur q̃ ignorantia pure negatōis oppōit solū p̃uatie scie. sz ignorantia p̃ue dispositionis opponitur ꝯrie scientie: cum sit quidam habitus erronius positiu⁹: in prima specie qualitatis reponibilis. Tertia difficultas cui contrarie opponitur ignorātia praue dispositionis· Respondet per distinctionem. duplex est ignorantia praue dispositionis quedam est qua aliquis assentit oppositis principiorum. et talis notitia opponitur contrarie notitie principiorum. Alia est qua quis opinatur seu minus assentit opposito conclusionis: et ista est opposita contrarie notitie cōclusionis: q̃ proprie dicitur scientia. Quarta difficultas quomodo causatur in nobis ignorantia praue dispositionis. Respondetur q̃ duplicit p̃t in nobis causari. Uno mō simᵗ quando scilicet aliquis estimat vel opinat oppositum alicuius principij vel conclusionis sine aliquo ductu rationis. Alio modo quando opinatur vel assentit oppositis principiorum vel conclusionis propter aliquaz raticnē quā nescit dissoluere.

Conclusio responsalis deficiente aliquo sensu: necesse est deficere scientiam proprie et per se sensibilis illi⁹ sens⁹. q̃ omnis cognitio intellectiua dependet ex cognitiōe sensitiua· ergo potentia sensitiua destructa: destruitur cognitio intellectiua.

Dubitatur primo. vtrū vniuersalis negatiua et imediata et falsa possit cōcludi per sillogismum ignorantie. Pro solutiōe supponitur q̃ arestoteles in secunda parte huius capituli docet concludere vniuersalē negatiuam imediatam et falsam per sillogis-

mum ignorantie. et intendit tres conclusiões quarum. Prima est hec. vniuersalis negatiua imediata et falsa potest in prima figura trib⁹ mõis sillogisari. Primo ex ambab⁹ falsis: sic declarat arestoteles in literis. potest temẽ sic deduci interminis. nulla sba incorporea ẽ sb stantia. oĩs substãtia corporea est sba incorporea. g̃ nulla substantia corporea est substãtia. z° ex maiore falsa et minore vera sic: n^m corp⁹ est substantia. omne corporeum ẽ corpus. g̃ nullum corporeum est substantia. Tertio ex maiore vera et minore falsa. vt nulla q̃litas est substãtia. omne corpus est qualitas. g̃ nullum corpus est substantia. Scda cõclusio vniuersalis negatiua imediata et falsa nõ potest in secunda figura concludi ex ambab⁹ in toto falsis. patz quia si ambe sint in toto false: tunc sue contrarie erunt vere. mõ ex suis contrarijs potest in alio modo inferri conclusio eadem: et sic ex veris demonstratiue seq̃retur falsum. Tertia conclusio. vniuersalis negatiua imediata et falsa potest in secunda figura trib⁹ modis sillogisari. Primo ex ambabus in parte falsis. vt nulla substantia ẽ alba. omne corpus est album. g̃ nullum corp⁹ est substantia. Scdo ex maiore vera et minore falsa. vt nullum corpus est incorporeum. omne corpus animatum est incorporeum. g̃ nullum corpus animatum est corpus. Tertio ex maiore falsa et minore vera. vt nullum corpus est substantia. omne corpus animatum ẽ substantia. ergo nullũ corpus aĩatũ ẽ corp⁹.

Dubitatur secũdo vtrũ vniuersalis negatiua mediata et falsa concludatur per sillogismum ignorantie.

Pro solutione supponit̃ q̃ arestoteles in tertia parte huius capituli ostendit quomodo potest vniuersalis negatiua mediata et falsa concludi per sillogismuz ignorantie: tam in prima q̃z in secunda. Et intendit quinqz conclusiones. quarum Prima est hec. vniuersalis negatiua mediata et falsa per medium proprium non potest in prima figura concludi ex ambabus falsis: tamen potest sillogisari ex maiore falsa z minore vera. probat arestoteles premittendo diffinitionem medij proprij. Mediuz proprium ẽ per quod fit contradictionis sillogism⁹ id est sillogismus scientie est contradictorius sillogismo ignorantie. Tunc sic probat̃ conclusio. quia in sillogismo ignorantie capitur contraria maioris sillogismi scientie: et seruatur eadem minor. ergo sillogismus ignorantie p medium proprium fit ex maiore falsa et minore vera. Et posset sic interminis deduci. nullum animal est substantia. omnis homo ẽ animal. ergo nullus homo est substantia. Secunda conclusio. vniuersalis negatiua mediata et falsa: eodem modo sillogisatur per medium non proprium sicut medio proprio: dũ modo tale medium predicetur vniuersaliter de minore extremitate: et maior vniuersaliter de eo: sicut deducit in literis. Tertia conclusio. vniuersalis negatiua mediata et falsa potest sillogisari per medium extraneum ex ambabus falsis. vl' ex maiore vera et minore falsa: et non econtra. Exemplsim primi. vt nullus lapis est substantia. omnis hõ est lapis. ergo nullus homo est substantia. Exemplum secundi. vt nulla qualites est substantia. omnis homo est qualitas. grgo nullus homo est substantia. Tertiam partem probat arestoteles. quia medium extraneum non potest predicari de minore extremitate. ergo minor ꝓpositio non potest esse vera. Quarta conclusio. vniuersalis negatiua mediata et falsa nõ potest in secunda figura sillogisari ex ambabus in toto falsis. patet quia tunc contrarie ipsarum essent vere: ex quibus sequeretur eadem conclusio: licet non in eodem modo. Quinta conclusio. vniuersalis negatiua mediata et falsa non potest in secunda figura sillogisari ex altera vera et altera falsa. quacũqz indifferenter existente falsa. Exemplũ q̃n minor est falsa. vt omne animal est substantia. nullus homo est substantia. ergo nullus homo est animal. Exemplum quando econtra. vt nullum animal ẽ substantia. omnis homo est substantia. g̃ nullus homo est animal Consequent̃ in q̃rta pte docet cõcludere vl'z affirmatiuã mediatã falsaz: ponẽdo tres ꝯclusiões. Pria. vl'is affirmatia medi^ta z fl'a ñ pt sil^ri p mediũ ꝓpriũ ex ambab⁹ fl'is: sz tñ ex maiore fl'a et miore ṽa. patz qz eadẽ mior remanz in vtroqz sil^mo: scz scie z ignorãtie: et maior mutat̃ incõtrariã suã. Scda con°. eodẽ mõ sillogisat̃ vl'is negatia ĩme^ta et fl'a p mediũ alteri⁹ cordiationis: dũ° tl'e mediũ sit sil'e ꝓprio medio. vt arguẽ° sic. oĩs color est al'. oĩs albedo ẽ color. g̃ oĩs albedo ẽ aĩal. Conclusio tertia. vl'is affirmatiua me^ta z fl'a pt sil^ri p mediũ extraneũ trib⁹ mõis. Prio ex maiore ṽa et miore fl'a. vt oĩs lap̃ ẽ inaĩatus. oĩs hõ ẽ lap̃. g̃ oĩs hõ ẽ inaĩat⁹. z° ex ãbabus fl'is: vt oĩs scia ẽ al'. oĩs linea est scia. g̃ oĩs linea ẽ al'. 3° ex maiore fl'a et minore vera. vt omnis scientia est animal. omnis musica est scia: g̃ oĩs musica est aĩal. Extra textum dicit̃

q̃ medium ꝓprium est illud p qõ in vero sil mo scie põt sil et cõclusio op ta conclusioni sillo de per sillogismum ignorantie: siue illud mediũ sit eiusdem cordinationis cum extremis siue non. ⁊ est medium tam in sillogismo scientie q̃ ignorantie. Sed medium nõ proprium simile tamen proprio est medium alterius p̃dicamenti: quod tamen vniuersaliter predicatur de minori: ⁊ de quo predicatur vniuersaliter maior. Sed mediuꝫ extraneum est quod vere potest negari de vtraq̃ extremitate.

Dubitatur tertio. vtrum sine actu sentiendi possit haberi scientia.

Pro solutione supponitur q̃ arestoiles in scõ capitulo ostendit vnam causam ignorantie pure negationis: que prouenit ex defectu alicuius sensus. Et intendit vnicam conclusionem que est hec. qꝫ si aliquis sensus defecerit: necesse est scientiam sensibilis illius sensus deficere. Patꝫ quia cum sensus sit singularium ideo defiticte sensu defitiat singularium apprehensio: ⁊ cum defecerit singularũ apprehẽsio defitiet inductio que fit ex singularib⁹: defitiente autem inductiõe deficit vniuersale. qꝫ impossibile est vniuersalia speculari sine inductione: neq̃ etiã inductionem sine sensu. defitiente autem vniuersali deficit demonstratio: cum demonstratio procedat ex vniuersalibus nõ: defitiente autem demonstratione deficit scientia que per demonstrationem acquiritur. ergo de primo ad vltimum: defitiente sensu: necesse est scientiam proprij sensibilis illius sensus deficere. tenet consequentia. qꝫ omne quod addiscimus aut inductiõe aut demonstratione addiscimus.

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur q̃ soluta est in primo notabili. Ad scõam dicitur concedendo antecedens: ⁊ negando consequentiam. qꝫ ly vniuersalia cognoscantur per intellectum ⁊ non per sensum: tamen cognitio vniuersalium dependet ex cognitione sensitiua singularũ.
Ad tertiam dicitur q̃ duplex est causa per accidens: quedam est que nihil facit ad productionem sui effectus. vt album per accidẽs domificat. Alia est causa per accidens sine qua non: ⁊ talis necessario requirit ad productionem effectus: cuiusmodi est sensus respectu scientis.

Queritur duodecimo: vtrũ in demonstrationibus sit processus in infinitum.

Et videtur q̃ sic. qꝫ demonstratiões possunt augeri in infinitum sumẽdo in post vel ad latus: vt dictum est in isto primo. ergo est processus in infinitum in demonstrationibus Scõo sic. Primorum principiorum est demõstratio. ergo est in demonstrationibus processus in infinitum. Antecedens patet. qꝫ principiorum est scientia. ergo eorũ est demonstratio. tenet consequentia qꝫ scire est per demõstrationẽ intelligere. Tertio sic. De demonstratione est scientia: ⁊ non per seipsam. ergo per aliam demonstrationem. ⁊ per cõsequẽs in demonstrationibus est processus in infinitum. In oppositum est pbs.

Sciendum primo. q̃ vt vult linconiensis.

Iste tractatus sicut ⁊ precedens non est de complemento huius scientie: sed solum de bonitate sciẽtie. Ideo breuiter pertractãdo diuiditur in quatuor capitula. quorꝫ primum habet duas partes. In prima pmittit quatuor suppositiones. quarum prima est hec. Omnis sillogismus constat ex tribus terminis. Scõa suppositio. conclusio affirmatiua sillogisatur ex duabus affirmatiuis: ⁊ conclusio negatiua sillogisatur ex vna affirmatiua ⁊ altera negatiua. Tertia suppositio. ex trib⁹ terminis in sillogismo demonstratiuo fiunt due propositiones: que sunt principia demonstrationis. Quarta suppositio. sillogismus demõstratiuus ⁊ dialeticus tripliciter differũt. Primo qꝫ sillogismus dialeticus solum generat opinionem. ideo solum procedit ex probabilibus: nec demonstrat propositiões mediatas eas reducendo ad imediatas. Sed demõstratiuus qui generat veram scientiam debet p̃cedere ex imediatis. ideo si sibi proponat aliqua propositio mediata: eam demõstrat quousq̃ ad aliam imediatam pertingerit. Scõo qꝫ sillogismus demonstratiuus non procedit ex his que predicantur fm accidẽs. sed bene dialetic⁹. Exquo infert q̃ predicatorum quedam predicantur fm se. quedam ho fm accidens. ⁊ hoc dupliciter. Primo quãdo subiectum predicatur de accidente. vt albũ est homo. Scõo duando accidens predicatur de sb̃iecto. vt homo est albus. Illa autem que neutro modo predicantur: per se predicantur. In scõa parte huius capituli mouet arestoiles tres questiones. quarum prima est: Dato infimo. i. subiecto. vtrum sit processus in infinitum sursum ascẽdendo in predicatis illi⁹ subiecti. Scõa qõ: Dato supremo p̃ to vtꝫ sit p̃cessus i infinitum deorsum descẽdẽdo in sb̃iectis illi⁹ p̃ ti. Et sb̃dit dr̃aꝫ inter illas duas questiões.

qꝛ p̄ma incipit ab infimo subiecto et termiat ad supremū p̄dicatū. Sed 2ª incipit a sup̄mo p̄ᵗᵒ ⁊ terminat ad infinitū sb̄iectū: Tertia qō est hec. Utrum extremis existentibus finitis: sit possibile media esse infinita. In tertia parte ponit duas conclusiones. Quarū prima est hec. Iste questiones eque possunt moueri in negatiuis sicut in affirmatiuis. Scd̄a cōclusio. Iste questiones nō possunt moueri in terminis conuertibilibus. ergo in ipsis nō est supremum: aut infimum principiuꝫ: nec vltimū

Sciendum secundo. qꝛ in hoc

scd̄o capitulo soluit primo tertiam questionē que ex duabus primis dependet. Et continet quatuor conclusiones. Quarum prima ē hec. Extremis existentibus finitis: impossibile est media esse infinita. Patet qꝛ si extrema sint finita: tūc ꝯtingit vnum predicari de alio. Sed si media sint infinita non posset vnum de alio predicari: cum non cōtingat infinita pertrāsire. ergo extremis existentibus finitis: impossibile est media esse infinita. Scd̄a cōclusio tangit solutionem cuiusdam obiectionis. Nā posset aliquis dicere qꝛ predicta ratio supponit extrema esse coniūcta cum aliquo mediorum: quod falsum est. qꝛ cum media sint infinita: inter vnum extremum ⁊ aliquod mediū sunt infinita media. Respōdet arestotiles qꝛ nihil differt an illa media sint cōiuncta. qꝛ siue sint coniuncta siue nō: cum ipsa media sint infinita: nunq̄ꝫ contingit vnum extremū predicari de alio. Tertia conclusio. si sit status in affirmatiuis: etiam erit status in negatiuis Probat arestotiles inductiue in omni figura Primo in prima. qꝛ in prima figura cōclusio negatiua ostenditur ex maiore negatiua ⁊ minore affirmatiua. Sed si in illa affirmatiua sit dabile primum de quo predicatur predicatū etiam erit dabile primum a quo in negatiua primo remouetur predicatum. ergo si sit statꝰ in affirmatiuis: etiam erit status in negatiuis sicut declarat arestotiles in terminis nō significatiuis. Et potest sic declarari ꝑ terminos significatiuos. vt si hec conclusio negatiua: nullus homo est quantitas: concludatur in p̄ma figura: per hoc medium corpus: arguēdo sic. nullum corpus est quantitas. omnis homo ē corpus. ergo nullus homo est quātitas. huiꝰ sillogismi maior est mediata: que iterum potest probari in prima figura: assumēdo aliud medium: de q̄ prius vniuersaliter negat q̄nᵉ ⁊ quod affirmatur de corpore vniuersaliter: qd̄ medium sit substātia: ⁊ arguatur sic. Nulla substantia est quantitās: oē corpus est substantia. ergo nullum corpus est quantitas. Ex quo supra substantiam non est sumere aliqd̄ superius quod vniuersaliter ⁊ affirmatiue verificetur de substantia: relinquitur qꝛ est statꝰ tam in affirmatiua q̄ꝫ in negatiua. Et consimiliter deduci potest in aliis duabus figuris. Quarta conclusio soluit quandam obiectiōeꝫ posset enī aliquis dicere: qꝛ licꝫ sit statꝰ in eadem figura: est tñ processus in infinitum demonstrando ideꝫ in diuersis figuris. Ad hoc respondet arestotiles qꝛ quelibet illarū figurarum per se sumpta est finita. ergo etiam si sint simul sumpte non possunt esse infinite. tenet consequentia. qꝛ finita finities sūpta non possunt esse infinita.

Sciendum tertio. qꝛ tertium

capitulum in quo arestotiles ostendit esse statum insursum ⁊ deorsum per rationes logicas continet tres partes. Quarum prima continet talem cōclusionem. In predicatis essentialibus que predicantur de suis subiectis in eo qd̄ quid est: necessario est status. Probat. qꝛ nisi sic: sequeretur qꝛ nihil contingeret diffiniri neqꝫ diffinitionem alicuius cognoscere quorum vtrūqꝫ est inconueniēs. Patꝫ tamen consequentia qꝛ in diffinitione alicuiꝰ debent capi quecūqꝫ de eo predicantur in eo qd̄ qd est. Sed si huiusmodi predicata sint infinita non poterunt simul omnia accipi. qꝛ infinita non est pertransire. ergo necesse ē finiri in eo qd̄ quid est predicata. Et vltra si in predicatis sursum ascendendo sit status: videtur etiā qꝛ in ipsis deorsum descendo erit status. In secūda parte premittit quinqꝫ suppositiōes valentes ad declatiōeꝫ sui propositi. Prima suppositio est hec. Eoꝝ que predicantur quedam predicantur s̄m se: quādo scilꝫ subiectum s̄m se totum ⁊ nō gratia alterius subicitur respectu sui accidentis. vt dicendo homo est albus Alia v̄o predicantur s̄m accidens: quando. s. subiectum non s̄m se totum: sed ratione vniꝰ partis sui significati cui adiacet alia ꝑs significati subicitur in propositione. Et hoc contingit dupliciter. Uno modo quando subiectuꝫ predicatur de suo adiacente. vt album est lignum. Scd̄o modo quando predicatur accidens de accidente. vt dicendo album ambulat. Hec suppositio sic declaratur. Naꝫ in hac ꝓpōne: lignū est albū: B subiectum lignū s̄m se totū subicit huic p̄ᵗᵒ albū: qꝛ sensus est qꝛ lignū est subiectū: qd̄ vere factū est album. iō dicitur ista p̄dicatio s̄ᵐ se. Sed in hac ꝓpōne

Album est lignum: Hoc subiectum albū: non
fm se totum: sed solum ratione materialis si-
Et continet vnam conclusionem. que est hec. Omnes paralogismi fallatiarum peccant contra verum elencum. Probat sillogismo z inductione. Sillogismo sic. Omnes sillogismi imodificati peccant cōtra elencuz. sed omnes paralogismi fallatiarum sunt imodificati. ergo omnes peccant cōtra elencum. Minor patet. qz omnes paralogismi fallatiarum peccant cōtra aliquam priculam positam in diffinitione elenci. Secundo probatur eadem conclusio inductione sic. Primo de fallatijs in dictione. qz omnes fūt fm multi[x]. ergo omnes peccant contra elencum. Antecedēs patet. qz equiuocatio amphibologia similis figuratio. i. figura dictionis: omnes habent idemptitatem vocis: sed non habent idemptitatem significati q̃ regrit ad verū elencum. cōpositio autē z diuisio z accēt[9] non habent idem nomen: nec eandem rationem: ideo ibi ē multiplicitas nominis vel orationis: z tñ ad verum elencuz requritur idēptitas nois sicut z rei. vt si hoc nomen tunica debeat poni in sillogismo: nō debet poni hoc

nomen vestis:sed tunica.Scdo probat inductiue in fallatijs extra dictionem . ⁊ primo de fallatia accidētis. q: fallatia accidētis peccat contra sillogismum.ergo ⁊ contra elencū. tenet cōsequentia. q: eadem est diffinitio sillogismi ⁊ elenci:preter hoc q elencus supra sillogismum addit contradictionem. Nam elencus est sillogism⁹ contradictionis.Antecedēs patet.q: in fallatia accidentis cum antecedēs sit:non est necesse consequens esse : ⁊ tamen hoc requiritur ad sillogismum . ergo fallatia accidentis peccat contra sillogismum.Maior patet.q: non sequitur: triangulus habet tres angulos equales duobus rectis fm q huius modi.Sed triangulus est figura. ergo figura fm q figura habet tres angulos equales duobus rectis.illud consequens est falsum:⁊ tñ antecedens est verum. Et subdit q fm istā fallatiā artifices ⁊ omnino scientes ab inscijs arguunt.i.redarguuntur.fm accidens enī fatiunt sillogismos contra sapientes.Unde qui non possunt dituidere.i.videre diuersitatē habitudinis ad extrema:concedunt conclusionē quam opponens vult inferre. De fallatia fm quid ad simpliciter patet. q: in ipsa nō est affirmatio vel negatio vnius ⁊ eiusdem de eodem.q: negatio fm quid albi:est fm qd non album:⁊ negatio simpliciter albi est simpliciter non album.cum ergo fallatia fm quid ad simpliciter capiat non album simpliciter ꝑ negatione fm quid albi vel econtra:sequitur q non capit affirmationem vel negationem de eodem.De fallatia ignorantie elenci patet.q: sic nuncupata est:eo q obmittebat aliquā ptī culam positam in diffinitione elenci.De fallatia non cause vt cause patet. q: in omni elenco oportet conclusionem sequi de necessitate ex premissis:sed sic nō est de nō causa vt causa.De fallatia petitionis principij patet. q: in ea cōnumeratur illud quod erat in principio De fallatia consequentis patet.q: fallatia accidentis peccat contra elencum.ergo ⁊ fallatia consequentis.tenet consequentia. q: fallatia consequentis est pars fallatie accidentis . Et subdit differentiam inter fallatiam accidētis ⁊ consequentis.q: accidens fit de vno solo modo.vt idem est rubeum ⁊ mel:album et cignus.sed consequens semper fit in plurib⁹ q: regulatur ꝑ istam maximam: quecūq: vni ⁊ eidem sunt eadem:illa sunt sibiinuicem eadem.q autem talis maxima fit sophistica ꝓbat duobus exemplis.q: nix ⁊ cign⁹ sunt eadem in albo:⁊ tñ non sunt eadē inter se. Secundum exemplum est mellissi. q: factum eē ⁊ habere principium sunt eadem vni tertio:⁊ tñ non oportet q inter se sint eadem saltē cōuertibiliter.De fallatia fm plures interrogationes vt vnam.patet. q: paralogismi ist⁹ fallatie non fiunt ex propositionibus.ergo peccant contra elencum. tenet consequentia . q: omnis sillogismus fit ex propositionibus.sed elencus est sillogism⁹.ergo fit ex propositionibus.Antecedens principale patet.q: paralogismi huius fallatie fiūt ex propositionib⁹ plures:⁊ nō ex propositionibus que sunt vna in qua scz predicatur vnū de vno. ergo fit ex pluribus.tenet consequentia.q: eadem ē diffinitio vnius solius rei ⁊ rei simpliciter: ⁊ eadem est diffinitio hominis simpliciter ⁊ vni⁹ hominis.Et subdit q aliquando aliquis ē bene redarguendus per hanc fallatiam:si dederit vnam responsionem:aliquando autem solum apparenter:si non dederit vnam responsionem:sed solum videatur dedisse.Ex quib⁹ concludit q omnes sillogismi sophistici reducuntur ad ignorantiam elenci. q: omnes fallatie in dictione peccant cōtra contradictionē sed fallatie extra dictionem peccant cōtra diffinitionem sillogismi.

Sciendus secundo. q in tertio capitulo dat arestotiles modos apparētie omnium tredecim fallatiarum.Et intendit talem conclusionem. In omni fallatia est aliqd causans deceptionē in intellectu nostro. Patet inductie. q: in omni fallatia equiuocationis ⁊ amphibologie accidit deceptio ꝓpter ß q non distinguimus multiplex:eo q non est ydoneum quedam distinguere.vt ens ⁊ vnū ⁊ idē.Dz in falla ª cōpositiōis ⁊ diuisiōis accidit deceptio propter ß q credim⁹ q oīs oratio composita ⁊ diuisa sunt idem. In fallatia accentus accidit deceptio propter hoc q credimus orationem intensam .i. prolatam accentu acuto significare idem cum oratione remissa.i.prolata accentu graui.Sed in fallatia figure dictionis accidit deceptio propter similitudinem dictionis cum dictione. q: difficile ē videre dr̄am eor̄ q̄ conueniūt in voce. ⁊ qui pōt ß facere:est prope videre ver̄. Et ſbdit q falla ª fi ᶜ dictiōis ē fallatia i dictiōe.Probat duab⁹ rōnibus.Prima rō.per fallatiā figure dictionis homo magis decipitur cū alio disputando q̄ꝫ ꝑ seipsum considerando.sed hoc proprium est fallatijs in dictione. q: consideratio in aliq̄ alio fit per orationes ⁊ dictiones . consideratio autem per seipsum non fit ꝑ dictiones igit ⁊c.Scda ratio. q: fallatia figure

dictionis causat ex similitudine dictionis cū dictione. sed in fallacia accidentis accidit deceptio: eo q̃ nō possumus diuidere .i. distinguere inter idem ⁊ diuersuꝫ: vnū ⁊ multa. Et similiter in fallacia cōsequentis. q̃ fallacia cōsequentis est pars fallacie accidentis. Eriaꝫ in fallacia cōsequētis accidit deceptio: eo q̃ credimus q̃ ficut antecedens nō separat a consequente: q̃ consequēs nō possit separari ab antecedente. Sed in fallacia a fm qd ad simpliciter. ⁊ ignorātie elenci accidit deceptio eo q̃ obmittunt conditiones vere cōtradictiōis. Sed in fallacia petionis p̃ncipij: non cause vt cause: ⁊ fm plures interrogatōes vt vnā accidit deceptio: eo q̃ ignoram⁹ diffinitionem ꝓ positionis ⁊ sillogismi.

Sciendu⁊ tertio q̃ circa hūc terti incidunt 4^or difficultates. Prima ē. qd est reducere palogismos fallaciarum ad elencū. Respondet per duas suppositiōes: ⁊ vnū dictum. Prima est hec. de ratione elenci veri sunt tria. Primo q̃ sit illatiu⁹. Scōo q̃ sit probatiuus. Tertio q̃ sit cōtradictiuus. Rōne primi dicit esse sillogismus. Ratione ⁊ ᵗ est dialecticus. et rōne cōtradictionis est elenc⁹. Exq̃ inferunt tria correlaria. Primū ē. q̃ iste tres differentie. .i. illatio. ꝓbatio ⁊ cōtradictio sunt differentie subordinate. quarū prima est magis cōis q̃ z ᵃ: ⁊ z ᵃ q̃ ȝ ᵃ. Scōo sequit q̃ iste consequentie sunt bone. iste sillogismus est cōtradictiuus. ergo est probatiu⁹. ⁊ vltra est probatiu⁹. ergo est illatiuus. Tertio sequitur q̃ ab illatiuo ad probatiuū: ⁊ a probatio ad contradictiuū cū istis verbis peccare ⁊ apparere est bona cōsequētia. q̃ ista verba includunt negationē. modo a superiori ad inferi⁹ negatiue est bona cōsequentia. Scōa suppositio. ignorantia elenci est obmissio cuiuscuq̃ particule in diffinitiōe elenci posite. Dictū est istud. Reducere paralogismos fallaciarū ad elencum ē ostendere qualiter tales paralogismi peccāt cōtra elencum: obmittēdo aliquā particulaꝫ in diōe elenci positā. Scōa difficultas. vtꝫ paralogismi omniū fallaciarū sint imodificati. Respondet per distinctionē Dupler est modus. Quidā est qui est dispositio seu conditio sil ᵐᵗ inferentis. ⁊ sic non oēs paralogismi sunt imodificati. q̃ multi sunt q̃ nō peccant cōtra illationē: sed sunt in debito modo ⁊ debita figura formati. Alio modo capitur modus pro modificatione siue cōditione sil ᵐᵗ tā illati q̃ probati vl' ȝdicti. ⁊ sic oēs paralogismi sunt imodificati. Tertia difficultas. vtꝫ fallacia consequentis sit pars fallacie accidentis. Respondet q̃ propie nec est pars subiectiua nec materialis aut integralis sed similitudinarie ē pars materialis equiuoca in qua. quia in quocūq̃ paralogismo inuenitur fallacia consequentis: in eodem inuenitur fallacia accidētis ⁊ nō ecōuerso: Quarta difficultas. vtꝫ sit eadem diffinitio rei simpliciter ⁊ vnius rei. Respondet q̃ cui non cōuenit diffinitio vnius rei nec eidem conuenit diffinitio rei. q̃ res ⁊ vnū conuertuntur. ergo idem est res ⁊ vna res. ideo est eadem diffinitio rei ⁊ vnius rei: ⁊ hoc capiendo vnū transcendenter.

Conclusio responsalis. omnes fallacie reducende sunt ad ignorantiam elenci. Conclusio satis patet ex p̃mo notabili.

Dubitatur primo. quot modis fit apparens elencus. Pro solutione supponitur q̃ arestoiles in hoc 4.° capitulo determinat de sillogismo peccante in materia. ⁊ continet duas partes. In p̃ma tangit 4^or conclusiones. Quaꝫ prima est hec. Habemus ꝓ quot p̃ncipia sillogismi fuit apparentes: ⁊ ex hoc habemus ꝓ quot principia fiunt sillogismi sophistici peccātes in materia. Scōa cōclusio tangit vnam diuisionē elenci sophistici Nam quidaꝫ est qui videtur esse sillogismus ⁊ non est. Alius est. qui est sillogismus: ſ nō est cōueniens rei. inon procedit ex veris. Primus dicit peccans in forma. Scōs ꝯo ē peccās ī materia: Qui sic adinuicē differūt. q̃ sillogismi peccātes in materia nō arguunt fm rem. .i. ex veris ⁊ monstrant ignorātes. .i. ignorantiā respondentis quod ē propriū temptatiue: ſcz sumere experientiam de ſcientia vel ignorantia respondentis. q̃ dialetica sillogisat falsum propter ignorantiā respondentis: qui ꝓcedit premissas falsas. ergo ⁊ tēptatiua tenet cōsequentia. q̃ temptatiua est pars dialetice. Sed elenci sophistici peccantes in forma nō manifestant ignorantiā respondētis. q̃ impediunt tā scientem q̃ ignorātē. Tertia cōclusio. Sillogismoꝝ peccantium in materia ⁊ sillogismoꝝ peccantiū in forma est eadem scientia. Patꝫ. q̃ premissarū ⁊ cōclusionis est eadē scientia. sed premisse sil ᵐᵗ peccātis in materia sūt conclusio sil ᵐᵗ peccantis in forma. q̃ si debeat ꝓbari p̃missa falsa: oportꝫ q̃ ꝓbet ꝑ sil ᵐ peccātē ī forma. Quarta ꝯ toi modis fit apparēs elēc⁹: q̃t modis fit ver⁹ elenc⁹. patet. q̃ oīs elencus apparēs peccat ȝ aliquā pri ᵗᵈ in diōne elenci positam. igit ꝛc. Aliis probatur inductiue: sicut ꝓbatum ē in p̃

notabili. Et subdit q̃ elenc⁹ sophisticus nūq̃ est verus elencus: nec similiter sillogism⁹: sed bene quo ad aliquid: sicut patet apud illum ⁊ ignorat multitudinem terminorum. Et per B patet solutio ad dubium.

Dubitatur secūdo. vtrū omniū paralogismorū sit eadem scientia. Pro solutione supponitur q̃ in ⁊ ª parte hui⁹ capituli pbat arestoiles tres cōclusiones. Prima ē Non omniū elencorū eadem est scientia. patz q: fortassis infinite sunt scie. ergo etiā infinite sunt demonstrationes: sed quicqd cōtingit demonstrare cōtingit illi p̄ elencū contradicere. vt siqs diceret diametrū esse cōmensurabilem coste: cōtra ipsum posset fieri elenc⁹: probādo q̃ diameter sit coste incōmensurabilis. Scēda conclusio. Non omniū elencorū falsorū est eadem scia. patet q: fm vnāquāq; artē potest fieri sillogism⁹ falsus. vt fm geometriam pōt fieri sillogismus geometric⁹ falsus: ⁊ fm medicinā medicinalis. Tertia cōclu⁰. Oīm elencorū est eadē scientia cōis. s. dialetica: sub dialetica cōprehendendo dialeticam proprie dictā ⁊ sophisticā. Patet. q: dialetica dat p̄ncipia cōia ad formandū elencū fm vnāquāq; disciplinā. Ex quibus infert q̃ p̄ istam scientiam nō solū habemus cōpositionem palogismorū: sed etiā ipsorū solutionē. q: istātie ipsorū solutiōes sunt. Et p̄ hoc patz solutio ad dubiū

Dubitatur tertio de verita/te hui⁹ insolubilis. hec ꝓpositio quā ego ꝓfero est fil'is illi quā ꝓfert plato: casu posito q̃ nullā aliam ꝓferam ab illa: ⁊ plato ꝓfert vnā falsam. s. istam hō est asin⁹. Probat sic. q: vel illa ꝓpositio plata a me est vera vel falsa. Si vera: habet ꝓpositus. Si sit falsa: ergo ē fil'is ꝓpositioni quā ꝓfert plato: cum ꝓpositio platonis sit falsa ⁊ vltra. si fil'is ꝓpositioni quā ꝓfert plato. g̃ ita est apte rei q̃lirer ꝓpositio ꝓlata a me ꝑ ⁊ per ꝓñs ipsa est vera. Improbat. q: vel talis ꝓpositio ꝓlata a me est vera vel falsa. Si falsa: habet intentū. Si sit vera. g̃ verū est q̃ ꝓpositio quam ꝓfero fil'is ē propositioni quā ꝓfert plato. Sed ꝓpositio quā ꝓfert plato est falsa. g̃ ꝓpositio quā ego ꝓfero est falsa. ⁊ p̄ ꝓñs si ipsa est vera: ipsa ē falsa. Respondet q̃ ꝓpositio ꝓlata a me ē falsa q: ad ipsam esse verā sequit ipsam eē falsaz. g̃ ipsa est falsa. tenet ꝓñia. q: impossibile ē eādem ꝓpositionē fil' esse veram ⁊ falsam. Añs patet. q: ex improbatione sophismatis. Et ad ꝓbationem dicitur q̃ ipsa ē falsa. q: ly sit ita q̃liter ipsa significat: tñ non est ita q̃liter cūq; ipsa significat. q: non solum significat se esse falsam: sed fil' significat scipsam esse verā et se eē falsam. Et fil'r diceret de ista ꝓpositiōe: ego dico falsum: posito casu q̃ nihil aliud dicā. fil'r ipsa est falsa. q: ipsa significat se eē verā ⁊ se esse falsam. g̃ oportet ipsam fil' esse veram ⁊ falsam: qd̄ est impossibile. Antecedēs patet. q: bene sequit ista propositio: ego dico falsum ē vera. g̃ ita est qualiter ipsa significat sed significat me dicere falsum. g̃ ita ē q̃ ego dico falsum: ⁊ tñ nihil aliud dico a ꝑdicta ꝓpositione. ergo predicta ꝓpositio est falsa.

Ad rationes ante oppositū

Ad p̄mā patuit qūo falla ᵉ reducit ad ignorantiam elenci nō specialiter sed generaliter sūptā. Ad alias patuit solu ⁰ ex tertio nōbili.

Queritur quinto. vtrū orationes litigiose bene diuidant q̃ alie sunt ad nomen disputabiles ⁊ alie ad intellectū. Et videt q̃ sic per are ᵗᵉᵐ versus finez p̄mi thopicorū dicentē q̃ multiplicis distinctio valet ad hoc q̃ nō fiat disputatio ad nomē: sed ad intellectū. ergo oportet aliquas esse orones disputabiles ad nomen ⁊ aliquas ad intellectū. Secō sic. Diuisio fallatiarū in dictiōe ⁊ extra dictionē est suffitiens. g̃ ⁊ precedens. tenet cōsequtia. q: oēs orationes peccantes per fallatias in dictione sunt disputabiles ad nomē Orationes vo fallatiarū extra dictionez sunt disputabiles ad intellectum. Tertio sic. Diuisio disputatiōis ad intellectū ⁊ ad nō intellectū est bona. g̃ ⁊ pcedens. tenet ꝓñia. q: disputatio ad nomen est disputatio nō ad intellectum. In oppositū est are ᵗᵉᵒ.

Sciendum primo. q: in hoc quinto capitulo improbat are ᵗᵉᵒ vnā diuisionem positā ab antiquis per quā ipsi dabāt artē de fil ᵐᵢᵒ sophisticis. ⁊ continet duas ptes. In prima intēdit tres cōclusiones. Quarū prima est. Diuisio orationū in orationē disputabilem ad nomē ⁊ orationē disputabilē ad intellectum nō est suffitiens. Probat 4ᵒ rōnibus. Pria rō. eadē oro pōt disputari ad nomē ⁊ ad intellectū. g̃ diuisio ē insuffitiēs. Añs patz q: disputare ad intellectuz siue ad nomē non est aliud q̃z opponentē ⁊ respōdentē vti aliq̃ multiplici p̄ diuersis significatis ei⁹. Sed disputare ad intellectū ē vti aliquo multiplici in eadē significatiōe. sed manifestū est q̃ de aliqua orōe multi ᶜᶜ pñt opponēs ⁊ rñs credere ipsā tñ vnū ꝑ ᵗᵉ: ⁊ sic ipsi disputabūt ad intellectū. Si vo credūt q̃ plura ꝑ ᶜᵉᵗ: ⁊ opponēs

vtatur vna significatiõe:rñdens vo alia: tunc disputabunt ad nomẽ.ergo eadem oratio est disputabilis ad nomen ⁊ ad intellectũ. Scõa rõ.ois oratio est disputabilis ad nomẽ: ⁊ ois oratio est disputabilis ad intellectũ. ergo diuisio est insuffiticns. Afis pro ⁊ ª parte patet q̃ possibile est q̃ in qualibet oratione opponens ⁊ respondẽs ferant suos intellectus ad idẽ:⁊ sic erit disputatio ad intellectũ. Prima pars antecedentis patet.q̃ omnis oratio põt disputari non ad intellectũ:ergo ad nomen. Tenet ꝯsequentia.q̃ idem ẽ disputare ad nomen ⁊ nõ ad intellectũ.Ad hãc rationẽ respõdent antiqui q̃ orationes multiplices sũt disputabiles ad nomẽ:nõ multiplices vo ad intellectum.Contra hãc rationẽ arguit arestotiles. q̃ nõ omnes orationes multiplices sunt disputabiles ad nomen. Quod patet.nõ enĩ dicit oratio disputabilis ad nomẽ nisi in relatione ad respondẽtẽ qui dat alium intellectũ q̃ intendit opponens.sed possibile est q̃ respondens nullum intellectũ dederit.ergo talis paralogismꝰ non ẽ disputabilis ad nomẽ Tertia rõ. ois oro multiplex potest disputari ad intellectũ:⁊ oratio non multiplex potest disputari ad nomẽ.ergo diuisio ẽ insuffitiẽs. Antecedẽs patet q̃ oro multiplex potest distingui ⁊ accipi in determinato sensu: oro vo non multiplex potest a disputantibꝰ accipi vt multiplex.ergo ⁊c. Quarta rõ.illa diuisio solum tenet se ex parte elenci ⁊ non ex pte sillogismi.ergo est insuffitiens.Tenet cõsequẽtia Primo q̃ incõueniens est disputare de elenco ⁊ non de sillogismo:cum elencꝰ sit sillogismus.Scõo.q̃ aliqui sillogismi sophistici peccant cõtra sillogismũ tñ: vt contingit tacentẽ dicere.aliqui cõtra elencum tñ.vt omnis circulus est figura.poema homeri est circulus. ergo poema homeri ẽ figura. Aliqui vo peccant cõtra vtrũq̃:vt aliquis solũ dat vnũ denarium.⁊ non habet vnũ solum denariũ. ergo dat quod non hz. Scõa conclusio. oẽs oratões doctrinales sunt disputabiles ad nomen:cuiꝰ oppositũ dicebant antiqui.Probatur sic. q̃ ista:omnis triangulus habet tres ẽ doctrinalis:⁊ tñ est disputabilis ad nomẽ.ergo ⁊c.Minor patet.q̃ possibile ẽ q̃ videatur opponẽti vel respondenti q̃ triangulus plura significat. Tertia cõclusio (que similiter datur cõtra antiq̃s) est hec. Orationes multiplices sunt disputabiles ad intellectũ. Probatur tripliciter. Primo sic. q̃ possibile est q̃ opponens ⁊ respondẽs ignorent terminũ esse multiplicem.⁊ tũc accipient eũ in eadẽ significatione:⁊ sic erit disputatio ad intellectum. Scõo sic.q̃ possibile est q̃ opponens distinguat multiplicitatẽ termini: ⁊ querat veritatẽ in vtroq̃ sensu:⁊ tunc si rñdens concedat vel neget in vtroq̃ sensu:manifestũ est q̃ fit disputatio ad intellectũ. ergo nõ omnes orationes multiplices sunt disputabiles ad nomen Ex quo patet q̃ nõ ẽ ponendum aliquod genus orationũ ad nomen disputabiliũ: quin ille possint disputari ad intellectum.

Sciendum secundo. q̃ in secunda pte huiꝰ capituli reprobat are^{tes} ⁊ ^{am} opinionem antiquoꝝ. Ponendo talẽ conclusionem.opponens arguẽs contra respondentem nõ tenetur distinguere multiplex: qõ est cõtra antiquos dicentes nullã orationem disputari ad nomen:nisi ex vitio opponentis. iõ opponẽs arguẽdo debebat prꝰ distinguere multiplex. Cuius oppositũ probat arestotiles 4ᵒ: rationibus. Prima est hec. Nullus tenet distinguere quod ignorat. sed possibile ẽ q̃ opponens ignoret multiplicitatem orationis ergo nõ tenetur distinguere. Scõa ratio.opponens nõ tenetur docere suũ respondentẽ. sed distinguendo multiplex doceret ipsuꝝ:cũ aliquãdo tale multiplex ignorat.q̃ ⁊c. Tertia ratio.in nõ multiplicibus potest fieri disputatio ad nomen.ergo distinctio multiplicis non tollit disputationẽ ad nomẽ. Antecedẽs probat duobus exemplis. Primũ.si querat vtrũ in quaternario vnitates sint equales binario: vnus potest respondere q̃ nõ.q̃ quatuor sũt vnitates ⁊ duo binarij.Alius potest respõdere q̃ sic.q̃ quatuor vnitates sunt duo binarij. Scõm exemplum.Si querat vtrum contrariorum sit eadem disciplina:vnus potest respondere sic:intelligendo de cõtrarijs notis:⁊ aliꝰ q̃ non:intelligendo de contrarijs ignotis. Quarta ratio. si opponens sophista haberet distinguere multiplex:sequeret q̃ disputare sophistice esset docere quod est incõueniens

Sciendũ tertio:q̃ circa hũc textum incidunt due difficultates.Quaꝝ prima est hec.vtrum sit aliqua disputatio ad nomen. Respondent aliqui per distinctionem:⁊ tria dicta.Distinctio est hec.orationes quedã sunt disputabiles ad nomen:⁊ sunt ille qbus opponens ⁊ respondẽs vtuntur pro diuersis. Alie sunt disputabiles ad intellectum : quibꝰ opponens ⁊ respondens vtuntur pro eodem Primum dictum.Omnes paralogismi in dictiõe sunt orõnes dispu^{tes} ad no^{n} : sed nulli paralo^{mi} ext dictionẽ sũt dispu^{tes} ad no^{n}:hz ad

intellectū. Scōm dictum. talis variatio disputationū sumitur ex parte disputantium ⁊ non ex parte orationū. Tertiū dictum. nulli sillogismi doctrinales sūt disputabiles ad nomē. Hanc opinionē reprobat arestoteles vt patuit in ōmo nōbili. Alia fuit opinio dicentium q̄ nulla oratio erat disputabilis ad nomē. ergo si esset aliqua oratio multiplex: tūc opponens in arguendo haberet distinguere tale multiplex. ⁊ hāc opinionē reprobauit are ⁱᶜᵒ in ⁊ ᵒ notabili. Scēa difficultas. vtr̄ sit saluabile aliquo modo diuisionē orationū in orationes disputabiles ad nomē ⁊ ad intellectū esse sufficientē. Respondet per duas suppositiōes: ⁊ vnū dictum. Prima suppositio ē hec. refert dicere aliquā orationē disputari ad nomē: ⁊ eē disputabilē ad nomē. q̄ disputari ad nomen se tenet ex pte disputantiū. Sed disputabilitas se tenet ex pte orationū. Scēa suppositio oratio disputabilis ad intellectū ē illa que ex se nata est causare vnū intellectum ⁊ vnū sensum. Ex quo sequit q̄ nulla oratio multiplex est disputabilis ad intellectū. Sed oratio disputabilis ad nomē ē que ex se nata ē causare diuersos conceptus vel diuersos sensus. Erō sequit q̄ nulla oratio nō multiplex est disputabilis ad nomē. Dictū ē istud. Diuisio orationū in orationes disputabiles ad nomē ⁊ in orationes disputabiles ad intellectū est insufficiens. Licet enī eadem oratio sit disputabilis ad nomē ⁊ disputet ad intellectū: tm̄ implicat cōtradictionē eandem orationē esse disputabilē ad nomē ⁊ esse disputabilē ad intellectū. Et ad are ⁱᶜᵐ dicit q̄ sue rōnes nō concludūt nisi q̄ illa oratio que disputat ad nomen disputat etiā ad intellectū: quod est ꝗ antiquos dicentes q̄ oratio que disputat ad nomē nō posset disputari ad intellectū.

Conclusio responsalis. diuisio orationis p̄dicta est bona. Cōclusio posset p̄bari per rōnes factas ante oppositū.

Dubitatur primo. q̄ō differt disputatio doctrialis a tēptatiua. Pro dubio supponit q̄ in B sexto capitulo ostendit are ⁱᶜᵒ differētiā inter diuersa genera disputationū. ⁊ cōtinet duas ptes. In quarū prima tangit tres cōclusiōes. Prima tāgit differētiam inter disputationē doctrinalem ⁊ tēptatiuā. q̄ ad tēptatiuaꝫ ptinet distinguere ⁊ interrogare de veritate cuiuslibet pris: eo q̄ sumit experimentū de scia respondentis. B autē nō ptinet ad doctrinalē. Scēa conclusio. Disputatio tēptatiua sumit experimēnū de scientia rñdentis. q̄ ꝓsideras de oib⁹ pōt sumē experimentū de scia respondētis. sed tēptatiua est huiusmodi. Mīorē ꝑbat are ⁱᶜᵒ. q̄ tēptatiua ē quedā dia ᶜᵃ. sed dia ᶜᵃ ꝓsiderat de oibus. q̄ ⁊ tēptatiua.

Tertia cōclusio. Dialetica ⁊ sophistica differūt ⁊ ꝓueniūt. Nā cōueniūt in hoc: q̄ vtraq̄ cōsiderat de cōib⁹. Sed differūt. q̄ dia ᶜᵃ ꝓsiderat de cōibus fm rē. i. fm veritatē ⁊ ꝑbabilitatē. Sed so ᶜᵃ ꝓsiderat de cōibus fm apparentiā. In ⁊ ᵃ pte compat aliquos sil ᵐᵒᵍ adinuicē. Et cōtinet 4ᵒʳ cōclusiones. Prima tāgit talē diuisionē sillogismoꝝ. Quidaꝫ ē litigiosus: qui ē apparēs ⁊ nō ex rñs. i. peccās in forma. Alius est sillo ᶜᵍ: sicut sil ᵐᵍ peccās in materia. q̄ q̄ꝫ cōclusio coꝝ sit vera: tm̄ nō sunt sophistici: eo q̄ ꝫ nō decipiant nos credēdo q̄ conclusio falsa sit vera: tm̄ decipiūt nos credēdo q̄ cōclusio sit ꝑbata que tm̄ nō est ꝑbata. ⁊ de istis cōsiderat dia ᶜᵃ tēptatiua. Scēa cōclusio tāgit differētiā inter sil ᵐ litigiosum ⁊ falsig̃phū. q̄ falsig̃phus fit ex ꝓprijs principijs alicui⁹ artis: nō autē litiosus: sed ex cōib⁹. Exemplū p̄mi. vt rō ypocratis per quā voluit ꝑbare q̄dratura circuli. Exemplū ⁊ ᵗ. vt rō p̄ssonis per quā etiā voluit ꝑbare q̄dratura circuli. Tertia cōclusio tāgit differentiā inter sil ᵐ litigiosum ⁊ sophisticū. q̄ ꝫ idē sit sil ᵐᵍ litigiosus ⁊ sophistic⁹: B est tm̄ sub alia ⁊ alia rōne. q̄ sicut boies illi dicunt litigiosi ⁊ rixe amatores qui cōcedūt ꝓpter solā victoriā: ⁊ illi dicunt sophistici q̄ cōtendūt ꝓpter gloriā. sic etiā ille sil ᵐᵍ est litigiosus cui⁹ finis est apparens victoria. ⁊ etiā ille est sophistic⁹ cui⁹ finis est apparens gloria. q̄ sophistica est apparens quidā sapictia nō autē existens. Quarta cōclusio compat litigiosum ad falsigraghū in ordine ad illos a quib⁹ deficiūt. litigiosus enī deficit a dialetico: q̄ sicut se habꝫ litigiosus ad dialeticum: ita se hꝫ falsigraph⁹ ad demonstratiuū. q̄ sicut falsigraph⁹ ꝓcedit ex p̄ncipijs demōstratiuis: ita litigiosus ꝓcedit ex dia ᶜᵗᵒ. Ex B infert duas differēcias inter litigiosum ⁊ falsig̃phū. Prima est hec. q̄ falsigraph⁹ ꝓcedit ex ꝓprijs p̄ncipijs alicui⁹ discipline: sed litigiosus ꝓcedit ex cōibus. Scēa differentia. sil ᵐᵉ falsigraphi nō possūt applicari ad plures artes: cū procedūt ex ꝓprijs. Sed litigiosi q̄ procedūt ex cōib⁹ pñt applicari ad plures artes. Patet duob⁹ exemplis. Primū est de ratione quā fatiebat antiphon ad fatiendū quadraturā circuli: suppōebat enī q̄ continuū erat cōpositum ex pūctis indiuisibilib⁹. hoc aūt p̄ncipiū ē applicabile ad geometriā: ad naturalez

rhiam: ⁊ ad alias plures artes. Scdm exemplum est de rōne zenonis qui ꝓbabat ꝙ non erat bonum ambulare post cenaz: eo ꝙ nihil contingit moueri. ⁊ hoc principium est applicabile ad multas artes. Ex quib⁹ infert arestotiles ꝙ nō eodem mō se habet falsigraphus ad demōstratiuū sicut litigiosus ad dialeticū. qꝛ falsigraph⁹ est falsus respectu demonstratiui: sz litigiosus nō est litigiosus respectu dialetici.

Dubitatur secūdo. quot sunt

conditiones dialetice. Respondet arestotiles in hoc vltimo capitulo ꝙ sunt quatuor. Prima est. dialetica nō est alicui⁹ generis determinati. qꝛ subiectum suū est applicabile ad omnia sub quacūqꝫ ratione cōsiderandi. Secunda. ꝙ nullius conclusionis ē ostensiua. qđ est intelligendum circa materiam spetialem: non autem circa materiā cōmunez. Tertia. ꝙ nō est talis qualis metaphisica. qꝛ methaphisica est cōmunis: eo ꝙ suū subiectum ē cōmune ſm predicationē ad subiecta omniū aliaꝝ scientiarum: sed subiectum dialetice ē cōmune per applicationē. ⁊ sic dialetica erit cōmunis per applicationem. Quarta cōditio. dialetica ē interrogatiua: alie autem artes spetiales nō sunt interrogatiue. Sed interrogatio fit quādo respondens eligit partē quā vult: sed demonstratiue scientie nō habent disputare ad vtrāqꝫ partem. ergo nō habent interrogare. Et subdit ꝙ ille 4.or conditiones conueniunt tēptatiuo. Et p̄mo probat primā conditionem sibi ꝯuenire duab⁹ rationibus. Prima ē hec. multi nescientes artes spetiales habent temptatiuā ergo ⁊c. Antecedens patz. qꝛ multi ignorantes artes spetiales possunt sumere experimentū de ignorantia respondentis: ⁊ possunt petere talia ad que respondentes non possunt respōdere: ⁊ tūc ipsi iudicantur ignorātes. Scđa ratio. temptatiua vtit principijs cōmunib⁹ cuilibet applicabilib⁹. g̊ nō est circa aliqđ genus determinatū. Exq̊ infert arestotiles ꝙ oēs scientes ⁊ ydiote vtuntur dialetica ⁊ tēptatiua: sed diuersimode. qꝛ ydiote ꝑticipāt imperfecte dialeticā: sed sciētes ꝑticipant eā perfecte. Subdit insuꝑ duas differētias inter tēptatiuā ⁊ metaphisicā. Prima ē hec. qꝛ metaphisica ē ars demōstratiua ⁊ nō sumit experimentū de ignorantia respōdentis. Tēptatiua vo nō est demonstratiua: ⁊ sumit experimentū de ignorātia respondentis. Scđa differētia. sicut se hz falsigraph⁹ ad litigiosū: ita se habet metha ca ad tēptatiuaz sed sil m⁹ falsigꝓhus nō est litigiosus. g̊ metaphisica nō est tēptatiua. Ex quib⁹ infert are ꝙ ad dialeticū pertinet considerare de so cis elencis. Patet qꝛ ad dialeticū pertinet determinare de oibus que sūt ex cōibus. sed elenci sophistici sunt ex cōibus g̊ ⁊c.

Dubitatur tertio de verita/

te isti⁹ insolubilis: Plato dicit falsuz: casu posito ꝙ plato dicat istam ꝓpositionē: sortes dicit veꝝ: ⁊ sortes dicat illā: plato dicit falsum. Probat sic. qꝛ hec propositio plato dicit fl'm: vel est vera vel falsa. Si vera: habet intentū. Si falsa: ergo sua cōtraria est vera. s. ista: plato nō dicit falsum: sed plato dicit sortē dicere veꝝ. ⁊ per consequens verū est sortem dicere veꝝ. sed sortes nullam aliam dicit nisi istam: plato dicit falsum. ergo ista est vera: plato dicit falsum. Improbat sic. vel ipsa est vera vel falsa. Si falsa: habet intentum. Si vera: ergo veꝝ est platonem dicere falsum. sed plato nō dicit nisi istam sortes dicit veꝝ. ergo falsum ē sortē dicere veꝝ. ⁊ per cōsequens sortes dicit falsum: ⁊ nō nisi istam: plato dicit falsum. ergo ista: plato dicit falsuz est falsa. Respōdet ꝙ predicta propositio ē falsa. qꝛ significat se esse verā: cum sit ꝓpositio affirmatiua: ⁊ significat se esse falsam: vt patuit ex probatioe. Et ad probationem respondet sicut de precedētibus. Uel posset respōderi sicut alias patuit in libro peri hermenias: vbi dabat contradictoria istius: ego dico falsum. Et similiter diceretur de ista propositiōe: hec propositio ē falsa: per ly hec demonstrando ipsāmet propositionem. Nam significat seipsam esse veram ⁊ seipsam esse falsam. qꝛ ex significatiōe materiali significat se esse falsam. sed ex significatione formali significat se esse veram.

Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicitur concedendo ꝙ aliquando fiunt disputationes ad nomen: ⁊ aliquādo ad ītellectū: sed negat ꝙ predicta diuisio sit suffitiens: eo ꝙ mēbra diuisionis nō sunt opposita. Ad scđaz patuit quomodo in fallatijs in dictōne fiunt aliquando disputationes ad nomen: et aliquando ad intellectum. Ad tertiam neget antecedens. ⁊ ad probationez dicit. ꝙ disputabile ad intellectum ⁊ nō disputabile ad intellectum bene opponuntur: sicut possibile esse ⁊ non possibile eē opponūtur: sed p9 lc eē p9 lc nō eē opponūt g̊ ⁊c. Et ad omnes rationes simul dicitur. ꝙ si disputabile dicat actum tunc diuisio est insuffitiēs: sicut bene dixerunt rationes arestotilis. sed si disputabile sit nomē aptitudinis tunc diuisio

est suffitiēs: ⁊ sic intelligit titulus questiōis.

Quritur sexto. vtrum caute tele ducētes ad vltimas quatuor methas sint in tertu suffitiēter assignate. Et videt q̃ non. q̃ peccata ⁊ vitia in nulla scientia sunt docenda: sed cautele sunt quedā vitia g̃ ⁊c. Scōo sic. In isto libro non ponunt cautele respondentis. ergo nō debent poni cautele opponētis. Tertio sic. In tertia cautela dicit are^{tes} q̃ opponēs debet laudare dictū respondētis ⁊ tū postea dicit q̃ debet prouocare ipsuz ad iram que nō potest facere laudando. g̃ ⁊c. In oppositū est arestotiles.

Sciendum primo q̃ tertius tractatus in quo determinat are^{tes} de argumentationib⁹ sophisticis. inq̃tū p eas opponens nitit ducere suū respondentē ad aliquā quatuor methartū. continet tria capitula. In p̄ dat cautelas quibus opponēs pōt ducere respōdentē ad metham falsi ⁊ inopinabilis cōiunctim ⁊ diuisim. ⁊ intēdit quatuor cōclusiones. Prima tangit qnoz cautelas ad ducēdum ad methas falsi ⁊ inopinabilis cōiuncti. Quarū prima est hec. q̃ opponēs debet zelare propositum: hoc est conclusionē ad quā nitur ducere suū respondentez. q̃ si respōdēs videret falsum ad qō opponēs vult eū ducere facilius cōcedet propositū. ideo dicit ter⁹: Nam oia dicentes peccant magis bone autē dicūt qñ nihil habent propositū. Scōa cautela est. opponēs debet multum interrogare. q̃ difficile est respondere ad multa ⁊ nō concedere vnū ex quo falsum intentū sequit. Tertia cautela est. opponēs debet laudare respōdentē ⁊ approbare dicta sua. q̃ sic magis allicitur ad cōcedendū dictum opponentis: per que finaliter concedit falsum ⁊ inopinabile. Quarta cautela. si respondēs fuerit bñ instructus in ꝓposito suo: ita q̃ cōcedat solū concedenda: ⁊ neget solum neganda: tūc opponēs debet se transferre ad aliud propositū in quo sit magis ydone⁹ arguere ⁊ respondens minus ydone⁹ respondē. hoc tñ fatiendū ē caute. ne respondens dicat opponenti q̃ nescit arguere ad propositū. Quinta. q̃ opponens statim nō debet interrogare: sed debet fingere se velle primo addiscere a respondente. q̃ tunc respondēs facilius audebit cōcedere dicta sua. Scōa tangit vnā cautelaz ducentez respondentē ad metham falsi: ⁊ est hec. opponens debet ducere respondētē ad illa in quibus magis abundat orationib⁹ ⁊ argumētis ⁊ talis duct⁹ pōt bene fieri vel male. vt dictuz est in tho^{cis}. Tertia ꝓclusio tāgit 4^{or} cautelas ducētes respondentē ad metham inopinabilis. Quarū prima est hec. q̃ opponēs debet videre de qua secta est respondens ⁊ interrogare aliqua que ille de illa secta vident cōcedere contra opinionem multoz. Et subiūgit arestotiles q̃ facile est soluere illud quod respondēs dicit. q̃ ipse cōcedat talia q̃ sunt contra opinionē multorum. hoc tñ non est vi argumentatiōis opponētis sed propria volūtate. Scōa q̃ opponēs inspitiat ad cōtrarietatem que est in voluntatib⁹ ⁊ in dictis: non enim idē volunt ⁊ dicūt: sed decoratissimas dicūt orationes. Volunt autē ea que videntur prodesse. sicut dicunt: melius ē bñ mori q̃z viuere voluptuose: ⁊ q̃ meli⁹ est egere iuste q̃z diuitijs praue affluere. volunt aūt contraria: ideo si respondens cōcedat aliquid fm voluntatē: tunc est ducendus ad cōtrarietatē in dictis et econtra. Tertia est. q̃ opponēs debet considerare contrarietatem que est inter legē ⁊ naturam. Nam multi opinati sunt legē ⁊ naturaz cōtraria esse. vt iustitiā fm legem esse bonam fm autē naturā esse non bonā. ⁊ tunc respondens dicat aliquid fm naturam: tūc ducend⁹ est ad cōtrarietatē que est fm legē ⁊ naturaz ⁊ ecōtra. Quarta. opponens debet ꝓsiderare contrarietatē que est inter sapietes ⁊ plures. ⁊ si respondens ꝓcedat aliquid fm opinionē sapientū: oportet ei cōtradicere per dicta pluriū ⁊ econtra. Et huius dat tria exempla. Primū est. vtz obediendū magis sit sapientibus q̃z parentibus. Scōm exemplū. sapientes dicunt q̃ est melius iniuriam pati q̃z alteri nocere. Tertium exemplum. Sapientes dicunt felicem de necessitate esse beatum. opposituz tñ dicunt plures. i. vulgares. q̃ improbabile est regem esse infelicem. Et subdit. q̃ ꝓietas que est inter legem ⁊ naturā est inter plures ⁊ sapientes. q̃ lex ē opinio plurium. Sapientes aūt fm naturam ⁊ fm veritatē dicūt.

Sciendum secūdo. q̃ in hoc secundo capitulo dat arestotiles duas cautelas ducentes ad metham nugationis. Quarū prima est hec. si opponēs dicat q̃ nihil differt nomē vel oratio ad nomen per se sumptū vel alteri coniunctū ponere faciliter ducet ad nugationem. Qō declarat tribus exemplis. Primū. si sit idem dicere: dupluz ⁊ dimidij duplū tunc cū dicimus duplum dimidij duplū. loco huius nois duplum licebat ponere hanc orationē dimidij duplū. Et sic duplū erit dimidij duplum. ⁊ sic est ibi nugatio. Scōm exemplū

Si dicatur concupiscentia delectationis si tūc loco huius nominis ꝓcupiscentia ponat̃ hoc totū cōcupiscētia delectationis: tūc erit nugatio dicendo ꝓcupiscentia delectatōis delectationis. Tertium exemplū. si dicat̃ appetit⁹ delectationis. tunc si loco huius nominis appetit⁹ liceat ponere hāc oratione appetit⁹ delectationis: erit nugatio. vt dicēdo appetit⁹ delectationis delectatōis. Et sb̄dit q̄ duplū appetit⁹ ⁊ ꝓcupiscentia sūt ad aliqd: nō solū fm sua genera: sed fm seipsa. q: duplum est dimidij duplū: et cocupiscētia alicui⁹ ꝓcupiscentia: et appetit⁹ alicui⁹ appetit⁹. Scōa cautela. si in habitib⁹ ⁊ passionib⁹ concedat respōdens q̄ nō differt dicere nomē vel orationes faciliter ducent̃ ad nugationē. Patꝫ q: talia dant per se intelligere sua sb̄iecta. eo q̄ sua sb̄iecta includunt̃ in diobus eoꝝ. sic ptꝫ duobus exemplis. Primū exēplū. si sit idem dicere abundans et numer⁹ abūdans cum abū dans sit numer⁹ medīū habēs: tūc abundās erit numer⁹ medīū habēs. Scōm exēplū. si quis dicat ille habet nasum curuū: tunc loco curui potest accipi B totū nasus curu⁹: et tunc dicetur q̄ ille habet nasū curū. Et sb̄dit arest. q̄ aliquādo opponētes vident̃ ducere ad nugationē sed non ducūt. quia non est eis p̄ūs concessum q̄ non differt dicere nomē et orationem.

Sciendꝫ tertio q̄ in tertio

capitulo dat cautelas ducētes ad methā soleocismi. Et continet duas conclusiōes. Prima est hec. soleocism⁹ est vitiū pertinens ad sophisticū. patꝫ q: contingit aliquādo q̄ opponens videtur ducere respondentē ad soleocismum et tamē nō ducit. Aliqñ videt̃ non ducere: et tamē ducit. q̄ danda est aliqua ars p̄ positi: q̄ poterit ducere respondentem ad soleocismū. añs patꝫ q: dicens sic⁹ maturas ducetur ad soleocismū fm sicilianū dicentē q̄ ficus sit masculini generis scōe declinationis. Sꝫ fm plures alios non ducet̃ ad soleocismū Similit̃ qui diceret certā finē ducet̃ ad soleocismū fm illos qui dicunt q̄ finis est masculi non autē fm alios plures. Scōa conclusio tangit duas cautelas. Prīa est hec. maxime possumus ducere ad soleocismū vtendo neutro genere. Tum p̄mo quia in neutro genere non omnes casus distinguuntur fm diuersas terminationes: eo q̄ neutrū genus semp̄ habet tres casus similes. Tū scōo q: neutruꝫ genus videtur significare masculinū et femininum. vt si queratur quid est hoc: dicim⁹ q̄ est ignis: vel aqua. et ex B fit palogism⁹ correspondentem: q: credit dixisse masculinum p̄ feminino. vel casum p̄ casu. Scōa cautela q̄ opponens aliquādo mutet locutōes. vt nominatiū in aciū vel verbū indicatiui modi in verbum infinitiui modi. vt ista p̄positio lapis ē: debet mutari in istā propositionē lapidē eē Et subdit q̄ paralogismi ꝓcludentes soleocismum pertinent ad fallatiam figure dictiōis.

Conclusio responsalis cautele

ducentes ad vltimas q̄tuor methas sunt in textu sufficienter assignate. Conclusio satis patet ex dictis.

Dubitatur primo quot sunt

cautele opponentum contra respondentes in generali. Pro dubio supponit̃ q̄ arest. in B vltimo tractatu dat cautelas aliquas opponētum contra respondētes. Et continet quatuor partes. In p̄ma tangit quatuor cautelas contra respondentes: Quaꝫ p̄ma est hec. Opponens debet ponere suas premissas sine ordine: ne respondens credat q̄ ex his possit cōcludere. Scōa opponens debet interrogare multa. quia difficile est simul multa concipere Tertia opponens debet festinare contra suū respondentem. quia tardiores magis preuident. Quarta q̄ opponens debet turbare suum respondentem: et ipsum p̄uocare ad iraꝫ Nam cōturbati et irati homines minus possunt considerare dicta sua. p̄uocat̃ autem respondens ad irā quando sibi dicit̃ q̄ fruale vel p̄terue respondeat vel q̄ nihil sciat ⁊ hoc est qō dicit textus q̄ opponens dicat respondenti q̄ velit iniuste facere id est p̄terue et sine ratione respondet: ⁊ q̄ velit circa omne imprudens esse. i. inuerecund⁹ et sine pudore ñ concedenda concedere. Quinta q̄ debet occultare propositū: qō facit interrogando permutatim p̄positiones diuersorum sillogismorum: siue sint ad eadem coclusionem siue ad oppositas. Et huius ratio est. quia occultatio est causa latendi: et latere est causa fallendi. In scōa parte dat arestoteles quinqꝫ cautelas contra respondentes p̄teruos. Quaꝫ prima est. Si respondens velit habere p̄positionesꝫ affirmatiuam: tunc opponens debet interrogare negatiuam: et semp̄ debet interrogare contrarium illius qō respondens vult habere Scōa. si respondens concesserit plures singulares alicuius vniuersalis: tūc opponens nō debet interrogare illam vniuersalem: sꝫ debꝫ eam accipere tanquā concessam- quia respōdens putabit tunc eam concessisse: vel saltem

audientibus videbitur q̃ cõcesserit. Tertia. si volumus aliquid ꝓbare in illis in quib⁹ vniuersale significatur vno noie: vtendũ est similitudine. q̃ plerũq̃ similitudo latet. Quarta. si volumus aliquam propositionẽ ꝓcedi a respondente. tunc debem⁹ eam interrogare cuꝫ sua cõtraria. q̃ falsitas sue contrarie facit propositionem quã volumus habere: videri probabiliorem. vt si velimus habere istã concessam q̃ in omnibus est obediendũ patri: debemus sic interrogare. An in omnib⁹ sit patri obediendum: aut in nullo sit patri obediendũ Appositis enĩ iuxta se ꝓ̃ũs: ⁊ maiora ⁊ minora videnꝭ: ⁊ peiora ⁊ meliora omnib⁹. Quinta. oportet accipere tãq̃ bene conclusuꝫ: illud quod solum apparẽter sequitur ex dictis respondentis. Nec oportet interrogare de ꝓpria q̃ forte respondens cõsideraret circa eã: ⁊ ꝓciperet illum defectum.

Dubitatur secũdo quot sunt cautele opponentis cõtra respondẽtes exercitatos.

Contra vanios

Pro solutiõe supponitur q̃ in tertia pte ponit arestotiles duas cautelas ꝓtra respõdentes fatuos. Prima est. si respondens concesserit aliquid inopinabile: debemus eũ cõmendare ⁊ laudare: vt confirmetur in suo ꝓposito. ⁊ tunc proponere aliquod ꝓbabile: ad quod sequiꝭ oppositum cõcessit. quod si cõcedat redarguetur: ⁊ si neget ducetꝭ ad inopinabile. Secũda cautela. sicut in retboricis considerandũ est ad diuersitates ⁊ ꝓtrarietates testium vel dictorũ: ita etiã in elencis primo cõsiderandũ si cõcesserit aliqua cõtraria: aut aliquid quod est cõtra opinionẽ illoꝝ quos insequitur. ⁊ z⁰ si dixerit q̃ sit contrariũ omnib⁹ vel pluribus. Consequẽter in 4ª parte ponit quinq̃ cautelas cõtra respondendẽtes exercitatos. Quarũ prima est hec. si rñdens qũ videt redargui sit sollicit⁹ distinguere oroẽꝫ fatiendo eam multiplicẽ: tũc opponẽs debet instare cõtra ipsum: dicendo q̃ accepit illam in illo sensu ⁊ non in alio. Secũda. si opponẽs videat solutionem quã datur⁹ est respondẽs: debet eam preuenire dando ipsam ⁊ instando cõtra eã. Tertia. si opponens nõ sit promptus arguere ad propositũ: tũc debet se trãsferre ad aliud propositũ: ⁊ illud laudare: dicẽdo q̃ illud proposituꝫ ẽ meli⁹. sicut licophron qui extollebat lirã super oia instrumenta: qũ sibi ponebatur q̃ nihil sciebat in arte citharisandi. Quarta. si respondens petat ab opponente quid velit cõtra ipsum inferre: tũc non debet statim illud manifestare: ꝫ solũ dicere q̃ ipse velit cõtradicere dictis suis: ⁊ sic scelabit suũ propositum. Quinta. q̃ opponẽs non debet interrogare cõclusionẽ: sed premissas. imo aliquando nõ debet interrogare premissas: sed debet eis vti tãq̃ cõcessis. Consequenter epilogat dicta in toto isto primo: dicens ex quibus ergo fiant interrogationes: ⁊ quõ interrogandũ sit in agonistis exercitationibus dictum est.

Secũda exercitatos

Dubitatur tertio de veritate huius insolubilis oĩs propositio ẽ falsa: casu posito q̃ nõ sint nisi tres propositiões: quarũ due sint a ⁊ b: ⁊ sint false: ⁊ tertia sit illa ꝓpositio: oĩs propositio est falsa: que vocetur c.

Probat sic. q̃ vel est vera vel falsa. Si vera habeꝭ propositum. Si falsa. ergo nulla ẽ ꝓpositio quin ipsa sit falsa. Nam a ⁊ b sunt false per casum: ⁊ similiter c cõcedit falsa. ergo ita est qualiter significat: ⁊ per ꝓ̃ns c est ꝓpositio vera. Improbat sic. q̃ vel ẽ vera vel falsa. Si falsa: habetur intentũ. Si vera arguit sic: Hec est vera: omnis ꝓpositio est falsa. sed ipsamet est propositio. q̃ ipsa est falsa: ⁊ p cõsequens si ipsa sit vera ipsa est falsa. Ad dubium respondet. q̃ ipsa est falsa. q̃ significatione materiali significat se cẽ falsam: sed significatione formali significat se esse veram sed impossibile est eandẽ propositionẽ simul esse veram ⁊ falsam. ergo nõ est ita qualiter cunq̃ ipsa significat: ⁊ per cõsequẽs ipsa erit falsa. Et ad probationẽ cõceditur q̃ nulla est propositio quin ipsa sit falsa. ⁊ cõceditur vlterius q̃ ita est qualiter significat de significatione materiali: sed nõ est qualitercũq̃ ꝯ.

Ad rationes ante oppositũ

Ad primã dicit. q̃ vitia sunt docenda non vt fiant: sed vt vitent. Ad z^am negat ꝓ̃ia. q̃ in isto primo instruit arestotiles opponentes sophistam. ideo solum determinat de cautelis que fiunt ad propositum opponẽtis. Sed in z^a vbi docet solutiones paralogismoꝝ: instruit respondentem: ⁊ ponit cautelas pertinẽtes ad respondentem. Ad 3^am dicit. q̃ opponens debet laudare dictum respondentis qũ cõcessit aliquod falsum aut iopinabile: vt firmius maneat in sua opinione. Sed quãdo respondens ꝓterue respõdet ad ea q̃ ꝓponit oppones: tunc ad perturbandũ ipsum ꝓuocandus est ad iram.

Finis primi elencoꝝ.

Jrca secundum elenchoꝝ. Queritur primo vtrum in hoc libro oporteat determinare de solutione paralogismorum. Et videtur ꝙ non. quia in primo libro sunt sillogismi soluti. ergo superfluit iste liber. Secundo sic in primo libro determinatum est de causis apparentie et defectus paralogismorum ergo sufficienter sunt soluti oēs paralogismi fallatiarum. tenet cōsequentia qꝛ ostendere defectum est soluere paralogismū. Tertio sic. eadeꝫ sunt principia ꝯstitutionis et resolutionis paralogismorum. sꝫ ꝑ ꝑdicta in ꝑmo possumus faciliter paralogismos constituere. ꝯ et soluere. Jn oppositū ē ares.

Sciendum primo qꝛ in hoc secundo libro determinat ares. de solutione paralogismoꝝ. Et continet quatuor tractatus. Jn ꝑmo ponit vtilitatē et necessitatem huius libri ꝑ tres conclusiones. Quarū prima est hec. dicendum est de responsione paralogismoꝝ: et ad quam vtilitatem valeat solutio eoꝝ. Secunda cōclusio. ista scia est vtilis ad duo. Primo ē vtilis ad phiam. qd patet ꝑmo de fallatijs in dictione. qꝛ illi qui sciūt distiguere orationes multiplices: meliꝰ sciunt ꝙ in rebꝰ nō accidit eodem mō sicut in orationibus. ideo tales meliꝰ se habent ad philosophiā. Scdo patet idem de fallatijs extra dictionē. qꝛ ꝑ fallatias extra dictōeꝫ decipimur magis ab alio q̄ꝫ a nobis ipsis. sꝫ ꝑ solutioneꝫ paralogismorum euitamus hmōi deceptionē igit. Scdo est vtilis ad gloriam: qꝛ solutio paralogismorum facit respondentē videri exercitatū circa omnia: ꝛ in nullo inscie se habere. Et si nō sciat soluere paralogismos: videbit esse grauis et confusus ꝓpter impitiam. Et subdit vnum argumentū. quia in ꝑmo libro sufficienter dictum est q̄liter obuiandum est ad huiusmodi orationes so^cas. ꝯ iste liber supfluit. Ad illd argumentum respondet arestoteles ponēdo tertiam conclusionem: q̄ est hec. necesse est in hoc scdo libro determinare de solutione paralogismoꝝ. qd patet tribus rationibꝰ. Prima. non est idem scire ꝑncipia solutionum ꝛ soluere in propria forma. nec etiā est idē scire defectum paralogismoꝝ: et posse ꝓmpte obuiare ipsis. quia quod scimꝰ sepe transpositū ignoramus. sꝫ in ꝑmo libro dantur principia solutionū: Jn scdo vero soluuntur in propria forma ꝯ ꝛc. Scda ratio. ꝑ dicta in scdo libro sumꝰ exercitati in solutionibꝰ paralogismorū ꝯ necesse fuit in ꝫ scdo determinare de solutione paralogismoꝝ. tenet cōsequentia quia multotiens decipimur ꝓpter defectū exercitij Tertia ratio. sicut est in figuris mathemathecis: ita econtra est in orationibus sophisticis sed in figuris mathemathecis cōtingit aliqñ ꝙ eas scimus destruere: sꝫ rursum eas componere nescimꝰ. ꝯ in elencis sophisticis accidit ꝙ scimꝰ ꝯponere paralogismos: et tamē ipsos soluere dubitamꝰ.

Sciendum secundo qꝛ in secūdo tractatu determinat ares. de apparēti solutione poralogismoꝝ. Et continet tria capitula Jn quoꝝ ꝑmo intendit talē ꝯclusionē. aliquādo magis eligendum ē apparent soluere q̄ꝫ recte. ꝓbat duabus rationibus. Prima ē qꝛ quandoqꝫ magis est eligendū apparent arguere q̄ꝫ vere. ꝯ etiam magis ē quādoqꝫ eligendū apparent soluere quā vere. Scda rō quia litigiosi magis arguunt apparent q̄ꝫ vere. ꝯ magis ē eligēdū dare eidem apparētez solutionē q̄ꝫ veram. añs ptꝫ qꝛ opponēs non facit ṽm elencū cōtra respondentez: eo ꝙ nō sillogisat: sicut quādo facit equocationem vel amphibologiā: vel nō contradicit. Si autem non sillogisat nō bene arguit. et si nō contradicit non arguit cōtra respondentē. Et sbdit arestoteles obiectionem possꝫ enim alqs dicere ꝙ si opponens nō vere arguat cōtra respōdentem: tunc respondens nō tenet nec debꝫ soluere orationeꝫ opponentis. Respondet ꝙ licet non arguat cōtra respondentē: tamē videtur arguere. et ideo si nō solueret: videret redargutus: qd cauere debet respōdēs.

Sciendum tertio qꝛ in hoc secundo capitulo intendit ares. talem cōclusionē Si respondens fuerit interrogatꝰ ab opponēte de aliqua oratione multiplici. tūc respōdēs

debet distinguere tale multiplex. ꝓbat quatuor rationibus. Prima est. qꝛ si nō distingueret: et postea esset coactus ad distinguēdū videret audientibꝰ ꝙ esset redargutꝰ. Scda ratio. quia distinguēdo multiplex corrigit vitium opponentis: ostēdēdo ꝙ ipe male interrogauit: cū nihil debeat interrogari nisi illud al qd̄ sequitur aliquid contra respondentem: vt per hoc acquireret sibi gloriā. g̊ multiplex erat distinguendū. Et quia possit aliqs dicere ꝙ equocatio non īpedit verū elencum. g̊ multiplex equocum nō est distinguendū. Respōdet arestoteles ꝙ equocatio impedit verū elēcum. qd̄ patet. qꝛ si nō: tunc aliquando esset impossibile respondentē euitare cōtradictionem. qꝛ respōdens affirmabit illud multiplex in vno significato: ⁊ postea erit coactus negare ſm aliud. g̊ si equocatio non impediat v̄m elencum ipsa erit vere redargutꝰ. vt sint duo homines q̊ꝝ qlibet vocet coriscus: et vnus sit musicus. alius vero non. tunc respondēs erit coactus concedere qꝛ coriscꝰ est musicus: ⁊ ꝙ coriscus nō est musicus. ⁊ sic erit ductꝰ ad cōtradictionē. Ad ꝫ respondebāt antiqui ꝙ iste due sunt simul vere coriscꝰ est musicꝰ: ⁊ coriscus non ē musicꝰ. Nec cōtradicūt. sꝫ iste contradicunt. ꝫ coriscus est musicus: ⁊ hic coriscus nō est musicꝰ. qꝛ dicebant ꝙ nunquā fiebat contradictio in terminis singularibus nisi ꝑ additionē ꝓnominis demōstratiui. Sꝫ hoc improbat ares. qꝛ ille due orationes coriscus est musicus: ⁊ ꝫ coriscus ē musicus: omnino sunt eedem. eo ꝙ coriscus ē terminꝰ singularis. ideo nō refert dicere coriscum simpliciter et hunc coriscū. Tertia ratio. ad interrogationem plures nō est dāda vna responsio. g̊ neqꝫ ad interrogationē multiplicē. tenet ꝯña. qꝛ omne multiplex facit interrogationeꝫ plures. quod patꝫ quia si esset vnū nomen equoce significans calliam ⁊ themistodē: tūc esset idem q̄rere vtrum hoc sit musicū: ⁊ vtrum callias et themistodes sint musici. Quarta ratio. ꝓpositio multiplex licet sit vera in vtroqꝫ sensu: tn̄ est distinguenda. g̊ omne multiplex est distinguendum. añs patet. quia sicut ad interrogationem plures non est danda responsio vna: dato etiam ꝙ omnia interrogata sint v̄a: ita etiam ad multiplex non est respondendū affirmatiue vel negatiue: sꝫ ꝑ distinctionē. añs patet. quia si ad interrogationē plures detur vna responsio: tunc licet ſm veritateꝫ nihil accidat incōueniens: tamen apparent videbit redargutus.

Conclusio respōsalis ad hūc

ſm librum spectat determinare de solutionibus paralogismorum. Conclusio satis patꝫ ex dictis.

Dubitatur primo quot sunt

